BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME
PUBLIÉE
SOUS LES AUSPICES DU MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE
2e SÉRIE. VI, 6.

LE LIBER CENSUUM DE L'ÉGLISE ROMAINE

PUBLIÉ

AVEC UNE INTRODUCTION ET UN COMMENTAIRE

PAR

Paul FABRE
ANCIEN MEMBRE DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

ET

L. DUCHESNE
DIRECTEUR DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

SIXIÈME FASCICULE

Tome II, feuilles 18 à 23, pages 137 à 183. — Introduction (tome I) : feuilles 1 à 15, pages 1 à 116

TOME II

PARIS
ANCIENNE LIBRAIRIE THORIN ET FILS
FONTEMOING ET Cie, ÉDITEURS
LIBRAIRES DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME
DE L'INSTITUT FRANÇAIS D'ARCHÉOLOGIE ORIENTALE DU CAIRE
DU COLLÈGE DE FRANCE ET DE L'ÉCOLE NORMALE SUPÉRIEURE
4, Rue Le Goff, 4 (près la rue Soufflot)

FÉVRIER 1910

ceux que contenait le fascicule précédent.

FONTEMOING et Cie, Éditeurs, rue Le Goff, 4, PARIS

BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME

PREMIÈRE SÉRIE (format grand in-8°)

FASCICULE I. 1. ETUDE SUR LE *Liber Pontificalis*, par Monseigneur DUCHESNE. 2. RECHERCHES SUR LES MANUSCRITS ARCHÉOLOGIQUES DE JACQUES GRIMALDI, par M. Eugène MUNTZ. 3. ETUDE SUR LE MYSTÈRE DE SAINTE AGNÈS, par M. CLÉDAT. . . . . 10 fr.

II. ESSAI SUR LES MONUMENTS GRECS ET ROMAINS RELATIFS AU MYTHE DE PSYCHÉ, par M. Maxime COLLIGNON. . . . . 5 fr. 50

III. CATALOGUE DES VASES PEINTS DU MUSÉE DE LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE D'ATHÈNES, par M. Maxime COLLIGNON (*avec sept planches gravées hors texte*). . . . . 10 fr.

IV. LES ARTS A LA COUR DES PAPES PENDANT LE XVe ET LE XVIe SIÈCLE, recueil de documents inédits tirés des archives et des bibliothèques romaines, par M. Eugène MUNTZ, de l'Institut. PREMIÈRE PARTIE : Martin V — Pie II (1417-1464).
Ouvrage couronné par l'Institut.
N.-B. — Ce fascicule ne se vend qu'avec les IXe et XXVIIIe contenant les deuxième et troisième parties du travail de l'auteur. Prix des trois fascicules pris ensemble : 50 fr. *net.*

V. INSCRIPTIONS INÉDITES DU PAYS DES MARSES, recueillies par M. E. FERNIQUE. . . . . 1 fr. 50

VI. NOTICE SUR DIVERS MANUSCRITS DE LA BIBLIOTHÈQUE VATICANE. — RICHARD LE POITEVIN, moine de Cluny, historien et poète, par M. Elie BERGER (*avec une pl. en héliog.*). . . 5 fr.

VII. DU RÔLE HISTORIQUE DE BERTRAND DE BORN (1175-1200), par M. Léon CLÉDAT. . . . . 4 fr.

VIII. RECHERCHES ARCHÉOLOGIQUES SUR LES ILES IONIENNES. — I. **CORFOU**, par M. Othon RIEMANN (*avec deux planches hors texte, et trois bois intercalés dans le texte*). . . . . 3 fr.
Voir Fascicules XII et XVIII.

IX. LES ARTS A LA COUR DES PAPES PENDANT LE XVe ET LE XVIe SIÈCLE, recueil de documents inédits tirés des archives et des bibliothèques romaines, par M. Eugène MUNTZ. IIe PARTIE : Paul II (1464-1471). 1 vol. (*avec deux planches en héliogravure*). . . . . 15 fr.
Ouvrage couronné par l'Institut.
Ce fascicule ne se vend qu'avec le XXVIIIe contenant la troisième partie du travail de l'auteur. (*Voir également fascicule* IV.)

X. RECHERCHES POUR SERVIR A L'HISTOIRE DE LA PEINTURE ET DE LA SCULPTURE CHRÉTIENNES EN ORIENT AVANT LA QUERELLE DES ICONOCLASTES, par Ch. BAYET. . . . . 4 fr. 50

XI. ETUDES SUR LA LANGUE ET LA GRAMMAIRE DE TITE-LIVE, par M. Othon RIEMANN, 2e éd., revue, corrigée et augmentée. 9 fr.

XII. RECHERCHES ARCHÉOLOGIQUES SUR LES ILES IONIENNES. — II. **CÉPHALONIE**, par M. Othon RIEMANN (*avec une carte*). . 3 fr.
Voir Fascicules VIII et XVIII

XIII. DE CODICIBUS MSS. GRÆCIS PII II, IN BIBLIOTHECA ALEXANDRINO-VATICANA schedas excussit L. DUCHESNE, gallicæ in urbe scholæ olim socius. . . . . 1 fr. 50.

XIV. NOTICES SUR LES MANUSCRITS DES POÉSIES DE SAINT PAULIN DE NOLE, suivie d'observations sur le texte, par M. Emile CHATELAIN. . . . . 4 fr.

XV. INSCRIPTIONS DOLIAIRES LATINES. Marques de briques relatives à une partie de la *gens Domitia*, recueillies et classées par M. C.-I. DESCEMET (*avec un très grand nombre de bois et de figures*). . . . . 12 fr. 50

XVI. CATALOGUE DES TERRES CUITES DU MUSÉE DE LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE D'ATHÈNES, par M. J. MARTHA (*avec un bois intercalé dans le texte, et huit belles planches en héliogravure hors texte*). . . . . 12 fr. 50

XVII. ETUDE SUR PRÉNESTE, VILLE DU LATIUM, par M. Emmanuel FERNIQUE (*avec une grande carte et trois planches en héliogravure*). . . . . 7 fr. 50

XVIII. — RECHERCHES ARCHÉOLOGIQUES SUR LES ILES IONIENNES. — III. **ZANTE. IV. CÉRIGO. V. APPENDICE**, par M. Othon RIEMANN (*avec deux cartes hors texte*). . . . . 3 fr. 50
Voir Fascicules VIII et XII.

XIX. CHARTES DE TERRE SAINTE PROVENANT DE L'ABBAYE DE N.-D. DE JOSAPHAT, publiées par M. François DELABORDE (*avec deux planches en héliogravure*). . . . . 5 fr.

XX. LA TRIÈRE ATHÉNIENNE, ÉTUDE D'ARCHÉOLOGIE NAVALE, par M. A. CARTAULT, (*avec quatre-vingt-dix-neuf bois intercalés dans le texte et cinq planches gravées hors texte*). . . 12 fr.

XXI. ETUDES D'ÉPIGRAPHIE JURIDIQUE : DE QUELQUES INSCRIPTIONS RELATIVES A L'ADMINISTRATION DE DIOCLÉTIEN. — I. L'**EXAMINATOR PER ITALIAM**. II. Le **MAGISTER SACRARUM COGNITIONUM**, par M. Edouard CUQ. . . . . 5 fr.

XXII. ETUDE SUR LA CHRONIQUE EN PROSE DE GUILLAUME LE BRETON, par M. François DELABORDE. . . . . 2 fr.

XXIII. L'ASCLÉPIÉION D'ATHÈNES, D'APRÈS LES RÉCENTES DÉCOUVERTES, par M. Paul GIRARD (*avec une grande carte et trois planches en héliogravure*). . . . . 5 fr. 50

XXIV. LE MANUSCRIT D'ISOCRATE URBINAS CXI DE LA VATICANE. DESCRIPTION ET HISTOIRE. — RECENSION DU PANÉGYRIQUE, par M. Albert MARTIN. . . . . 1 fr. 50

XXV. NOUVELLES RECHERCHES SUR L'ENTRÉE DE SPAGNE, CHANSON DE GESTE FRANCO-ITALIENNE, par Antoine THOMAS. . . . 2 fr.

XXVI. LES SACERDOCES ATHÉNIENS, par M. Jules MARTHA. . 5 fr.

XXVII. LES SCOLIES DU MANUSCRIT D'ARISTOPHANE A RAVENNE. ETUDE ET COLLATION, par M. Albert MARTIN. . . . . 10 fr.

XXVIII. Première section. LES ARTS A LA COUR DES PAPES PENDANT LE XVe ET LE XVIe SIÈCLE, recueil de documents inédits tirés des archives et des bibliothèques romaines, par M. Eugène MUNTZ. TROISIÈME PARTIE : Sixte IV — Léon X (1471-1521). Première section (*avec deux planches*). . . . . 15 fr.
— *En préparation* : Deuxième section. — Voir ci-dessus, fasc. IV et IX.
Ouvrage couronné par l'Institut.

XXIX. LES ORIGINES DU SÉNAT ROMAIN, Recherches sur la formation et la dissolution du Sénat patricien, par M. G. BLOCH. . 9 fr.

XXX. ETUDE SUR LES LÉCYTHES BLANCS ATTIQUES A REPRÉSENTATIONS FUNÉRAIRES, par M. E. POTTIER (*avec quatre planches en couleur*). . . . . 6 fr.

XXXI. LE CULTE DE CASTOR ET POLLUX EN ITALIE, par M. Maurice ALBERT (*avec trois planches*). . . . . 5 fr. 50

XXXII. LES ARCHIVES DE LA BIBLIOTHÈQUE ET LE TRÉSOR DE L'ORDRE DE SAINT-JEAN DE JÉRUSALEM, A MALTE, par M. DELAVILLE LE ROULX. . . . . 8 fr.

XXXIII. ETUDE SUR LE CULTE DES DIVINITÉS D'ALEXANDRIE (*Sérapis, Isis, Harpocrate, Anubis*) HORS DE L'EGYPTE, depuis les origines jusqu'à la naissance de l'Ecole néo-platonicienne, par M. Georges LAFAYE (*avec cinq planches*). . . . . 10 fr.

XXXIV. TERRACINE, essai d'histoire locale, par M. R. DE LA BLANCHÈRE (*avec deux eaux-fortes et cinq planches dessinées par l'auteur*). . . . . 10 fr.

XXXV. FRANCESCO DA BARBERINO ET LA LITTÉRATURE PROVENÇALE EN ITALIE AU MOYEN AGE, par M. Antoine THOMAS. . . . 5 fr.

XXXVI. ETUDE DU DIALECTE CHYPRIOTE MODERNE ET MÉDIÉVAL, par Mondry BEAUDOUIN. . . . . 5 fr.

XXXVII. LES TRANSFORMATIONS POLITIQUES DE L'ITALIE SOUS LES EMPEREURS ROMAINS (43 av. J.-C.-330 apr. J.-C.), par M. Camille JULLIAN. . . . . 4 fr. 50

XXXVIII. LA VIE MUNICIPALE EN ATTIQUE. Essai sur l'organisation des dèmes au IVe siècle, par B. HAUSSOULIER. . . . . 5 fr.

XXXIX. LES FIGURES CRIOPHORES DANS L'ART GREC, L'ART GRÉCO-ROMAIN ET L'ART CHRÉTIEN, par M. A. VEYRIES. . . . 2 fr. 25

XL. LES LIGUES ÉTOLIENNE ET ACHÉENNE, LEUR HISTOIRE ET LEURS INSTITUTIONS, NATURE ET DURÉE DE LEUR ANTAGONISME, par M. Marcel DUBOIS (*avec deux cartes coloriées*). . . . . 7 fr.

XLI. LES STRATÈGES ATHÉNIENS, par M. AM. HAUVETTE-BESNAULT. . . . . 5 fr.

XLII. ETUDE SUR L'HISTOIRE DES SARCOPHAGES CHRÉTIENS. CATALOGUE DES SARCOPHAGES CHRÉTIENS DE ROME QUI NE SE TROUVENT POINT AU MUSÉE DU LATRAN, par René GROUSSET. 3 fr. 50

XLIII. LA LIBRAIRIE DES PAPES D'AVIGNON, SA FORMATION, SA COMPOSITION, SES CATALOGUES (1316-1420), d'après les registres de comptes et d'inventaires des archives vaticanes, par Maurice FAUCON. Tome Ier. . . . . 8 fr. 50
Voir Fascicule L.

XLIV-XLV. LA FRANCE EN ORIENT AU XIVe SIÈCLE. Expédition du maréchal Boucicaut, par M. DELAVILLE LE ROULX, 2 beaux volumes. . . . . 25 fr.

XLVI. LES ARCHIVES ANGEVINES DE NAPLES. Etude sur les registres du roi Charles Ier (1265-1285), par M. Paul DURRIEU. 2 vol. Tome Ier. . . . . 8 fr. 50
Voir Fascicule LI.

XLVII. LES CAVALIERS ATHÉNIENS, par M. Albert MARTIN, 1 fort volume. . . . . 18 fr.

XLVIII. LA BIBLIOTHÈQUE DU VATICAN AU XVe SIÈCLE, d'après des documents inédits. Contributions pour servir à l'histoire de l'humanisme, par MM. Eugène MUNTZ, de l'Institut, et Paul FABRE. . . . . 12 fr. 50

XLIX. LES ARCHIVES DE L'INTENDANCE SACRÉE A DÉLOS (315-166 av. J.-C.), par M. Théophile HOMOLLE, membre de l'Institut (*avec un plan en héliogravure*). . . . . 5 fr. 50

L. LA LIBRAIRIE DES PAPES D'AVIGNON. Sa formation, sa composition, ses catalogues (1316-1420), par M. Maurice FAUCON. Tome II et dernier. . . . . 7 fr.
Voir Fascicule XLIII.

LI. LES ARCHIVES ANGEVINES DE NAPLES. Etude sur les registres du roi Charles Ier (1265-1286), par Paul DURRIEU, archiviste paléographe. Tome II et dernier (*avec 5 planches bulle en héliogravure*). . . . . 14 fr.
Voir Fascicule XLVI.

LII. LE SÉNAT ROMAIN DEPUIS DIOCLÉTIEN, A ROME ET A CONSTANTINOPLE, par M. Ch. LÉCRIVAIN. . . . . 6 fr.

LIII. ETUDES SUR L'ADMINISTRATION BYZANTINE DANS L'EXARCHAT DE RAVENNE (568-751), par Ch. DIEHL. . . . . 15 fr. *net.*
Epuisé. — Ne se vend qu'avec la collection complète.

LIV. LETTRES INÉDITES DE MICHEL APOSTOLIS, publiées d'après les manuscrits du Vatican, avec des *opuscules inédits* du même auteur, une introduction et des notes, par H. NOIRET (*avec une grande planche en héliogravure*). . . . . 7 fr.

LV. ETUDES D'ARCHÉOLOGIE BYZANTINE. L'EGLISE ET LES MOSAÏQUES DU COUVENT DE SAINT-LUC, EN PHOCIDE, par Ch. DIEHL (*avec sept bois intercalés dans le texte et une planche hors texte*). . . . . 3 fr. 50

LVI. LES MANUSCRITS DE DANTE DES BIBLIOTHÈQUES DE FRANCE. Essai d'un catalogue raisonné, par L. AUVRAY (*avec deux planches en héliogravure*). . . . . 6 fr.

LVII. L'ORATEUR LYCURGUE. Etude historique et littéraire, par M. DÜRRBACH. . . . . 4 fr.

LVIII. ORIGINES ET SOURCES DU ROMAN DE LA ROSE, par M. Ernest LANGLOIS. . . . . 5 fr.

LIX. ESSAI SUR L'ADMINISTRATION DU ROYAUME DE SICILE SOUS CHARLES Ier ET CHARLES II D'ANJOU, par M. Léon CADIER. 8 fr.

LX. ELATÉE, LA VILLE, LE TEMPLE D'ATHÉNA CRANAIA, par M. Pierre PARIS. 1 vol. avec nombreuses fig. sur bois dans le texte et 15 belles planches hors texte en héliogravure ou gravées. 14 fr.

LXI. DOCUMENTS INÉDITS POUR SERVIR A L'HISTOIRE DE LA DOMINATION VÉNITIENNE EN CRÈTE DE 1380 A 1499, tirés des archives de Venise, publiés et analysés par H. NOIRET (*avec une carte de l'île de Crète*). . . . . 15 fr.

LXII. ETUDE SUR LE LIBER CENSUUM DE L'EGLISE ROMAINE, par M. Paul FABRE. . . . . 7 fr.

LXIII. LA LYDIE ET LE MONDE GREC AU TEMPS DES MERMNADES (687-546), par M. Georges RADET (*avec une grande carte coloriée hors texte*). . . . . 12 fr.

(A suivre.)

et Marcellini, V. tituli sancte Balbine, P. tituli sancti Sixti et A. tituli sancte Susanne ;

Diaconi vero cardinales : abbas Sublacensis, Johannes Gaietanus, abbas sancti Andree, Leo, Gregorius, Aldo, Teobaldus et Rosimannus.

Hii in dampnatione predicti privilegii consenserunt, cum abbatibus et innumerabili multitudine tam clericorum quam laicorum.

Hec carta dictata est a Gerardo Hengolesmensi, Leone Hostiensi, Gregorio Terracinensi, Galone Legionensi episcopis ; Roberto tituli sancti Eusebii et Gregorio tituli Apostolorum presbiteris cardinalibus, communi aliorum consilio.

55. — Bonizo episcopus in libro suo de vita christiana[1].

Scribere dignum duxi de Adriano Zacharie successore, cujus rogatu Karolus rex intravit in Italiam ... hec ordinabiliter esse digesta [2].

1. Extrait du *Décret* de Bonizo de Sutri (Mai, *PP. Nova Bibliotheca*, t. VII, p. 44-46). Boson, qui avait le texte de Bonizo à sa disposition, en découpa, pour ses biographies pontificales, un long fragment (*L. P.*, t. II, p. 353), qui correspond partiellement à celui-ci. Cf. Watterich, *Vitae Romanorum Pontificum*, t. I, p. 618.

2. Ici finit le manuscrit.

IV

LE LIBER POLITICUS

DE

BENOIT

CHANOINE ET CHANTRE DE SAINT-PIERRE

BENEDICTI BEATI PETRI CANONICI LIBER POLITICUS AD GUIDONEM DE CASTELLO TUNC CARDINALEM SANCTI MARCI, POSTMODUM FACTUS EST CELESTINUS SECUNDUS

Epistola ad Guidonem de Castello episcopum cardinalem.

1. Perspicue scientie et profunde sapientie magistro Guidoni de Castello, divino nutu sancte Romane ecclesie presbitero cardinali tituli sancti Marci, Benedictus, beati Petri apostoli indignus canonicus et Romane ecclesie cantor[1], intime dilectionis affectum et inter sanctorum antistitum agmina coronam immarcessibilem.

Divine pietatis misericordie, pater reverende, pro mee tenuis scientie viribus immensas gratias ago, quoniam vestre salutis curam et ecclesiastici ordinis sollicitudinem vos diligenter habere concerno. Unde magnam Dei misericordiam et multiplicium suarum miserationum copiosam bonitatem humiliter imploro, quatinus in hoc tam bono proposito usque dum ipse veniet ad movendum de loco suo candelabrum vos corroborando stabiliat. Ceterum super peticionem ecclesiastici ordinis tocius anni, et precipue apostolice dignitatis et tocius curie, de qua placuit vestre illustri sapientie et egregie prudentie a me famulo vestro opusculum expetere, qualiter Deo favente domnus apostolicus cum curia sua et tota Romana ecclesia in precipuis sollempnitatibus et cotidianis officiis valeat se regere, prout melius mihi Deus concesserit, licet sit ardua et officio professionis non indebita, elucidare aggrediar. Sed mirandum valde est cur a me idiota et quasi nullius scientie queritis aperire quod in apotheca cordis non habeo, enucleare que investigare non valeo, propinare que sitibundus pincerna haurire a vobis gestio. Quis enim noscere potest quid agat flos campi et lilium convallium dum montes transgreditur et colles transilit, nisi quem torrente voluptatis sue potavit et domus sue ubertate inebriavit? Verumtamen, ut dixi, vestra dilectione et assidua pulsatione commotus, quod de dignitate[2] Romani pontificis et presbiterorum cardinalium ac diaconorum ceterorumque ordinum curie necnon et de ecclesiastico officio tocius anni per multa temporum spatia vidi et a sapientibus curie audivi et quod alii doctores Ecclesie in suis scriptis reliquerunt, ad perpetue recordationis memoriam scribere curabo.

Incipit de ordine Romane ecclesie et sacri palatii dignitatibus.

2. In Adventu Domini[3], quando annualiter fit recapitulatio offitii et librorum qui in Ecclesia leguntur, sabbato in vigilia Adventus Domini ad vesperum incipit antiphona *In illa die stillabunt montes.* Sub ista antiphona omnes psalmi hujus vesperi cantantur. Qua antiphona finita dicitur versus *Ostende nobis Domine misericordiam tuam.* Ad *Magnificat, Spiritus sanctus in te descendet Maria.* Finita antiphona dicit orationem.

3. Ad matutinum invitatorium *Regem venturum* cum suo *Venite.* Quo finito, incipit prima antiphona *Missus est Gabriel angelus*, psalmi *Beatus vir* usque *Domine ne in ira tua*, et dicitur antiphona. Deinde aliam secundam antiphonam *Ave Maria gratia plena*, ps. *Domine Deus meus in te speravi* usque *In Domino confido.* Antiphona finita dicunt tertiam antiphonam *Ne timeas Maria*, ps. *Salvum me fac Domine quoniam defecit sanc-*

Variantes. — B = Ms. 554 de Cambrai, XII[e] siècle.
V = *Vallicellanus* F 73, XV[e] siècle.
M = *Vaticanus* 5348, XV[e] siècle.

Titulum om. B — policitus V — est *om.* V.
1 *Tit. om.* MV.
6 sancti B — et < sancte > M.
13 concerno] non dubito B — 15 humiliter *om.* M — 19 tocius *om.* M — 20 vel tocius B — 25 melius *om.* B — 28 aperiri que M —
1 < et > enucl. M — 9 ac] et MV.
15 *Tit. om.* MV.
30 Antiphona-habitabit *om.* V — 31 dicitur tertia antiphona M —

tus usque *Domine quis habitabit.* Antiphona finita dicitur ℣ *Ostende nobis Domine misericordiam tuam.* Tres lectiones leguntur de Ysaia propheta. Prima lectio *Visio Ysaiae*, responsorium *Aspitiens a longe.* Quo finito dicitur ℣ *Quique terrigene* totum, deinde repetenda *Ite obviam ei et dicite;* ℣ *Qui regis Israel intende* totum, repetenda *Nuncia nobis si tu es ipse;* ℣ *Tollite portas principes vestras* totum, repetenda *Qui regnaturus est in populo Israël; Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto;* incipit a capite *Aspiciens a longe.* In secunda lectione secundum responsorium *Aspiciebam in visu noctis,* cum duobus versibus *Ecce Dominator Dominus* et *Potestas eius potestas eterna,* cum repetendis suis sicut superius, et *Gloria Patri* et responsorium a capite. In tertia lectione responsorium *Missus est Gabriel angelus* cum duobus versibus *Ave Maria* et *Dabit ei Dominus Deus,* repetenda prima *Ne timeas Maria* et secunda repetenda *Et vocabitur* et reliqua; *Gloria Patri;* qua finita, responsorium a capite cantetur. Hec tria responsoria ita debent cantari in congregationibus : prior et secundus cantat primum responsorium ante altare cum omnibus versibus et repetendis usque ad finem; tercius et quartus secundum responsorium, sicut prius; quintus et sextus tertium responsorium.

In secundo nocturno incipit antiphona *Ecce ancilla Domini,* ps. *Conserva me Domine;* alia antiphona *Angelus Domini,* ps. *Exaudi Domine justitiam meam;* tertia antiphona *Antequam convenirent,* ps. *Diligam te Domine.* Totoque finito cum antiphona dicitur versus et tres lectiones leguntur de sermonibus Augustini et sancti Leonis, et tria responsoria cantantur sicut mos est. In tercio nocturno antiphona *Beata es Maria que credidisti Domino* et *Beatam me dicent omnes generationes* et *Dabit ei Dominus Deus* cum suis psalmis *Celi enarrant, Exaudiat te Deus* et *Domine in virtute tua;* versus et II lectiones de epistola, tercia de omelia; qua finita cantatur[4] *Te Deum laudamus.*

Quo finito incipiunt matutine laudes et antiphona *In illa die* cum omnibus aliis antiphonis et psalmis; quibus finitis dicitur versus; quo finito incipit antiphona *Spiritus sanctus in te descendet Maria* et *Benedictus Dominus Deus Israel* et cetera. [4.] Deinde dicit primam et incipit secundam antiphonam matutini *Jocundare,* cum psalmo; quibus finitis dicunt leccionem epistole et versus et orationem diei.

Mane stacio ad sanctam Mariam majorem, ubi domnus papa cum omnibus ordinibus venit, ibique honorifice, sicut mos est, cantat missam cum *Gloria in excelsis Deo*[5], sicut et in aliis dominicis usque ad Natale Domini, et coronatur. Ad tertiam canitur tertia antiphona, ad sextam quarta antiphona, ad nonam quinta antiphona, ad vesperum cum omnibus antiphonis, sed non dicit *Missus est Gabriel* neque *Ecce Dominus veniet,* nisi infra ebdomadam, sed tantum oratio.

Infra ebdomadam officium de Adventu. Ad matutinum invitatorium *Regem venturum;* nocturnum cum antiphona de psalmista, versus de Adventu, et legitur de Ysaia propheta. Ad matutinas laudes canitur I antiphona *In illa die,* sub qua omnes psalmi cantantur et cetera. Prima canitur cum lectione de Adventu et capitulo, sicut Ecclesia consuevit, genu flexo. Tercia, sexta, nona, cum antiphonis de Adventu in terra prostrati, cum capitulis et psalmis et oratio sicut mos est. Ad vesperum omnes psalmi feriales cantentur sub una antiphona *In illa die* et ad finem cantentur iste antiphone : *Missus est,* versus *Ave Maria gratia plena* cum oratione *Deus qui de beate Marie virginis utero;* et antiphona *Ecce Dominus veniet et omnes sancti ejus cum eo,* versus *Exultabunt sancti.*

Missa de Adventu usque in V feria. Sexta feria canitur missa de Cruce, sabbato de sancta Maria. Si vero fuerit festum VIII lectionum, omne offitium sit festivitatis. Et si fuerit trium lectionum festivitas, in vigilia ad vesperum psalmi diei cantentur sub una antiphona de Adventu; cum venerit ad *Magnificat,* versus dicatur de festo cum antiphona et oratione sancti, et de Adventu fit commemoratio *Missus est* et cetera. Matutinum totum de sancto, tantum cum nocturno diei.

2 miser. tuam *om.* M — 3 leguntur] *Hic in V redeunt verba* tertiam antiphonam-tres lectiones leguntur — 4 Visio *om.* M — 5 Ite obviam *om.* M, *spatio relicto* — 6 et dicite-ipse *om.* B — 8 totum *om.* B — 9 Israel *om.* B — 10 a longe *om.* B — 12 et *om.* B — 13 suis *om.* B — 15 responsorium *om.* B — 17 Et vocabitur] Ecce concipies B — 18 Patri < et Filio > B — 19 responsa B — 20 cantat *om.* B.

29 Toto] Eodem B — 31 mox B *et ita saepe* — 34 Deus] David B — 35 tua *om.* B — 36 quibus finitis MV.

38 incipit matutinum MV — 41 descendit MV — et *om.* M —

5 Mane *om.* M — ubi] quo MV — 8 sicut] sed M, sic V — 9 Natalem V — 10 antiphona ad sextam-antiphonis *om.* B — antiphona *post* quarta *om.* V — 11 ad *ante* vesperum *om.* M — 12 Ecce *om.* M — 13 nisi] sed B.

18 die < stillabunt > MV — cantentur MV — 19 lectionibus M — 20 capitulis MV — 23 ferialos *om.* B — 24 die < stillabunt montes > MV — 25 est < Gabriel angelus > MV — versus *om.* MV — plena < d. > MV — 27 sancti < in gloria > MV.

29 cantatur M — 30 cruce < quod non convenit in Adventum > MV — vero] non M — 31 festivitas MV — fit M — 32 festivitas *om.* M — 35 festivitate MV — oratione] commemoratione B — 36 est < Gabriel > MV —

[Ad] matutinas laudes, si habeat proprias, antiphone cantentur; sin autem, sub una antiphona communali omnes psalmi cantentur. Prima cantetur cum prima antiphona festivitatis; lectio sit diei, et omne officium non prostrati sed stando cantent. Tercia et sexta de festivitate; nona et vesperum de Adventu.

De secunda dominica.

6. Dominica secunda leguntur III lectiones de eodem propheta et III de sermonibus et II lectiones de epistola, tertia de omelia, et canitur de hystoria sua. Mane ad missam fit stacio ad Ierusalem in palatio Susurriano, ubi domnus pontifex cum tota curia debet cantare missam et accipere coronam et eam celebrare sicut mos est.

De tercia dominica.

7. Dominica *de Gaudete* stacio[6] ad sanctum Petrum, ubi domnus papa cum omnibus scolis ad vesperum venit ibique manet. Tunc domnus pontifex accipit[7] xx solidos de confessione et expendium curie et equorum suorum. Cardinales vero et diaconi, primicerius cum scola, subdiaconi basilicarii et subdiaconi regionarii et accoliti accipiunt v solidos denariorum papiensium, quod vocatur cenatica, et archidiaconus accipit XVIII denarios pro responsoriis qui expenduntur per manus suas, et canonici ecclesie debent habere de presbiterio XII solidos de eadem confessione. Prelibati vero sacri palatii ordines hospitantur in domo Agulie[8], et dominus hospitii debet preparare lectos de suis bonis linteaminibus et accipere in stabulis suis equos eorum et custodire, et si oportuerit, facere cenam eis, tamen de prescriptis denariis qui vocantur cenatica, non solum in stationibus, sed per totum annum, quicumque venerint cardinales cantare missam, cum primicerio et cantoribus vel aliis palatinis clericis. Et ille dominus hospitii debet habere pro beneficio omni die I monetam de oblationibus misse et lacrimas que remanent de oblatione cere. Hic prelibatus ordo debet esse in omnibus nocturnis stationibus sancti Petri, in diurnis vero tantum v solidos; sed domnus papa in nocturnis et in diurnis accipit xx solidos; sicut supra dictum est.

8. Media autem nocte surgens audito signo domnus papa cum omnibus ordinibus ad[9] sanctum Leonem venire debet, ibique mansionarius preparat thuribulum episcopo et episcopus pontifici, omnibus indutis de suis indumentis. Cubicularii vero cum duobus faculis accensis et camerarii cum duobus candelabris et faculis accensis debent ire ante pontificem. Pontifex autem primum incensat altare sancti Leonis; deinde cum processione incedens per porticum pontificum, ad sanctum Gregorium primum incensat altare ejus et altare sancti Sebastiani et altare sancti Tiburcii; deinde duo altaria in mediana ad crucifixos, ubi ab antiquis patribus audivimus requiescere apostolos Symonem et Judam; postea vadit ad[10] sudarium Christi quod vocatur Veronica, et incensat, et altare[11] sancte Marie similiter. Postea ascendit ad[12] sanctum Pastorem iuxta arcum triumphalem, et incensat. Deinde descendens ad corpus[13] incensat altare super sepulchrum sancti Petri et sic sedet in subsellio cum candelabris ante se et paraphonista cum scola incipit vigilias[14]: *Ex Egypto vocavi filium meum*, ps. *Beatus vir;* secunda antiphona *Ecce apparebit Dominus super nubem candidam*, ps. *Quare fremuerunt;* tertia antiphona *Ecce veniet Dominus quem Johannes predicavit*, ps. *Domine quid multiplicati sunt.* Deinde duo subdiaconi basilicarii dicunt versum, acoliti tenent librum stacionalem et cubicularii faculas et basilicarii legunt leccionem *Gaudens gaudebo in Domino* et cetera. Diaconus precipit *Tu autem.* Primicerius cum scola cantat responsorium. Finitis III leccionibus, primicerius dicit *Te Deum laudamus.* Subdiaconus regionarius porrigit sacramentorum[15] episcopo et episcopus tenet ante pontificem et basilicarii tenent candelabra et pontifex dicit orationem. Diaconus dicit *Benedicamus Domino* et domnus papa benedicit. [9.] Deinde exiens inde ascendit ad altare majus et incensat; et descendit ad pectorale[16] ante altare, circa eum diaconi induti; episcopi stant ad aliud pectorale, cardinales in choro[17] cum canonicis ecclesie. Cubicularii et camerarii ponunt faculas ante pontificem. Pontifex vero incipit matutinum : *Domine labia mea*

1 Ad *supplevi* — habet MV — 2 comuni alii M — 3 Prima] una MV — 5 cantetur V — 6 et] ad M.

7 *Tit. om.* MV — 8 Dominica *om.* M, *sp. rel.* — 9 propheta < Ysaia > et III < lectiones > MV — II *om.* M — de ep.] et ep. V — 10 cantetur M — de *om.* M — 12 cum tota curia *om.* M.

14 *Tit. om.* MV — 15 ubi] quo M, cum V — 16 veniens B — 17 ibique < domnus > V — papa M — 19 diaconus M — 26 Augulie MV — 29 eis] eius V — 31 sed] verum et M — quandocumque M, quoscumque V — 32 cardinales *om.* M — 33 iste M — 35 oblat.] offerenda MV — 36 cere] misse V — 38 tantum] erunt M — sed domnus-solidos *om.* B.

5 preparet M — 7 de] cum M — 9 ire] nec M — 14 in *om.* B — media navi ad crucifixum M — antiquis *om.* M — 16 vadit] vero B — 18 sanctum *om.* M — 19 ascendens B — 21 et 2° *loco om.* M — 23 secunda *om.* M — 25 fremuerunt < gentes > V — 27 sunt *om.* B — 30 et cetera *om.* MV — 31 responsorium *om.* B — Finitas III leccionos prim. B —

aperies. Cantores cantant invitatorium. Quo finito primicerius incipit *Ex Egypto vocavi filium meum*, ps. *Beatus vir* et omnes psalmi primi nocturni cum antiphonis suis. Primo nocturno finito, canonici ecclesie legunt III lectiones *Gaudens gaudebo* et cantant III responsoria; cetera cantores et basilicarii. Deinde episcopi legunt IIII et V leccionem de epistola[18] sancti Leonis pape missa Flaviano episcopo de incarnatione Domini contra Euticen hereticum, cardinales VI et VII, prior basilicarius octavam de expositione epistole *Gaudete in Domino semper.* Nonam vero ibi ubi stat legit pontifex de omelia et dicit *Jube Domine benedicere.* Nullus benedicit eum nisi Spiritus Sanctus, tantum omnes respondent *Amen.* Finita lectione pontificis, dicit primicerius *Te Deum laudamus* et alii respondent et incipit antiphona ad matutinas laudes. Quo finito basilicarii cantant versum ante altare. Primicerius nunciat pontifici antiphonam ad *Benedictus Dominus Deus Israel.* Episcopus representat librum pontifici sibi datum a subdiacono regionario et pontifex dicit orationem. Diaconus dicit *Benedicamus Domino.* Missa a pontifice celebratur et dicit *Gloria in excelsis Deo* et fit laus a diaconis et subdiaconis et notariis, et coronatur a sancto Petro per mediam civitatem usque ad palatium cum omnibus ordinibus, sicut mos est.

A festivitate sancti Nicholai usque ad feriam ante Natale Domini cantantur hee antiphone ad matutinum: *O Sapientia,* ad *Benedictus,* et cetere omnes.

10. In IIII tempora, feria IIII stacio ad sanctam Mariam majorem, et fit collecta ad sanctum Petrum ad vincula in Eudoxia. Primicerius cum scola et subdiaconis regionariis et acolitis cum cruce stacionali sancti Petri[19] levant inde crucem cum collecta processionali, cantando usque ad sanctam Mariam majorem. Ibi domnus papa preparatus cantat missam more quadragesimali et ibi nunciat quem ordinare disponit, hoc modo: *Auxiliante Domino et Salvatore nostro Jesu Christo elegimus hunc diaconum in presbiteratum. Si quis habet aliquid contra eum, pro Deo cum fiducia exeat et dicat; verumtamen memor sit conditionis sue.*

11. Sexta feria, stacio ad sanctos Apostolos cum processione. [12.] Sabbato stacio ad sanctum Petrum ubi debet ordinatio a pontifice fieri et missa celebrari. Dum vero cantatur offitium celeberrime a scola et hymnus trium puerorum *Benedicite omnia opera,* descendit pontifex ab altari et vadit ad sanctum Andream; ibi facit consecrationem. Facta consecratione revertitur ad altare, quia ad hoc altare nulla consecratio debet fieri nisi de Romano pontifice. Et sic in omnibus IIII^{or} temporibus debet fieri.

13. Dominica de *Canite tuba* legitur de Johel propheta, *Canite tuba in Syon,* et de sermonibus et epistola et de omelia. Cum venerint autem feriales antiphone, omnes per ordinem cantentur ad matutinum. Ad vesperum omnes psalmi cantentur sub una antiphona; ad *Magnificat* cantetur propria antiphona.

De officio in vigilia Natalis Domini.

14. In vigilia Nativitatis Domini invitatorium ad matutinum *Christus adveniet nobis, Venite adoremus;* antiphona *Dominus dixit ad me,* ps. *Quare fremuerunt;* antiphona *In sole posuit,* ps. *Celi enarrant;* antiphona *Elevamini porte,* ps. *Domini est terra;* versus *Hodie scietis quia veniet Dominus* et V lecciones et V responsoria: quatuor lectiones sermonum Augustini, *Vos inquam convenio o Iudei,* et in quarta cantantur sibillini versus[20] *Iudicii signum tellus sudore madescet;* quinta de omelia. Eo die non dicitur *Te Deum laudamus,* sed tantum *Deus in adjutorium meum intende* cum antiphona vigilie et ps. *Dominus regnavit,* cum aliis psalmis. Prima cum antiphona vigilie et leccio *Paulus servus Iesu Christi* cum versu, sine *Kyrieleison;* tantum dicatur oratio diei. Tercia, sexta, nona cum suis antiphonis; non prostrati sed stando dicant orationem,

Isto die staccio ad sanctam Mariam majorem, ubi domnus papa debet missam cantare[21] cum scolis clericorum et familia palatii. Et episcopus Albanensis[22] debet facere cenam optimam toti curie, et debet mittere ad curiam duo optima busta porcorum. Ad vesperum et ad vigilias debet ibi manere pontifex per totam noctem.

1 vitatorium B — 3 primi nocturni *om.* M — 10 prius B — 11 ibi ubi stat *om.* B — stat] intrat V — 13 tantum] tamen B — 18 ant. pont. B — 20 et *om.* MV — 23 subdiaconis et diaconis B, diacono et subdiacono M — cum omnibus ordinibus *om.* B — omnibus *om.* M.

26 ferias M — 28 ad Benedictus *om.* M.

30 et *om.* MV — 31 < et > prim. B — cum] a B — subdiaconi regionarii et accoliti V — 33 levatur in B — 37 nostro < domino > M — 38 eligimus M — hunc-presb. *om.* B.

4 celebretur M, celebrare V — 5 opera < Domini Domino > MV — 6 < et > ibi M.

11 de *om.* B — 14 cantantur M — 15 una] prima MV.

17 *Tit. om.* MV — 18 Natalis MV — 20 fremuerunt < gentes > MV — 21 posuit < tabernaculum > MV — enarrant < gloriam > M — 22 porte < eternales > MV — 24 sermonum < sancti > M — Augustini *om.* B — 25 et *om.* M — cantentur M — 29 vigilie *om.* B — aliis] omnibus B — 32 dicat orationem B — tertiam sextam nonam MV — 33 sed < tantum > M — dicatur oratio MV.

35 missas *et ita infra* M — scola cantorum B.

15. In prima vigilia[23] legunt canonici ecclesie III lectiones de Ysaia propheta et cantant III responsoria, *Primo tempore alleviata est terra Zabulon* et *Consolamini* et *Consurge*, et ita fit officium per cardinales et episcopos et cantores sicut in nocturnis stacionibus sancti Petri. In II[a] vigilia de sermonibus, in tercia de eisdem sermonibus et de omelia. Et ad presepium debet cantare missam et dicere *Gloria in excelsis Deo* et unam orationem tantum et *Credo in unum Deum*. Primicerius cum scola officiat missam; qua peracta primicerius revertitur ad chorum cantando *Ecce Maria genuit nobis Salvatorem* cum psalmo et antiphona sicut in antiphonario scriptum est. Finito isto matutino laudum cum oratione, incipit pontifex matutinum. Scola dicit invitatorium et eo ordine fit matutinum sicut vigilie fuerunt.

16. Mane dicit missam ad sanctam Anastasiam; qua finita descendit cum processione per viam iuxta porticum Gallatorum[24], ante templum Sibille et inter templum Ciceronis et templum Crinorum, et progrediens inter basilicam Jovis et circum Flamineum, deinde vadit juxta porticum Severinum, et transiens ante templum Craticule et ante insulam Militenam et drachonariorum. Et sic sinistra manu descendit ad majorem viam Arenule, transiens per theatrum Antonini et per palatium Chromatii, ubi fuit olovitreum, et sub arcu Gratiani, Theodosii et Valentiniani imperatorum, et intrans per pontem Adriani ante templum ejus et iuxta obeliscum[25] Neronis et ante memoriam Romuli, et sic per porticum ascendens in Vaticanum ad basilicam sancti Petri, ubi est stacio. Et ibi honorifice cantat missam cum omnibus ordinibus palatii, sicut decet. Et debet ibi accipere coronam in capite suo et per mediam urbem cum processione redire ad palatium et perficere festum corone.

17. Sed propter parvitatem diei et facultatem vie facit stacionem ad sanctam Mariam majorem et vadit in secretarium. Cubicularii custodiunt secretarium; prior episcopus servit de libro, archidiaconus de evangelio, subdiaconus regionarius prior de mappula, prior basilicarius de epistola, primicerius et scola de cantu, et sic sustentatus a duobus diaconibus, archidiaconus sine socio solus procedit ante pontificem et sic intrat in processione; omnis ordo in suo loco bini et bini procedunt, acoliti cum candelabris et crux domni pontificis ante processionem. In introitu ecclesie cubicularii alte portant mappulam super caput pontificis. Cum autem intrat presbiterium, mansionarius ecclesie porrigit ei harundinem cum cereo accenso. Tunc pontifex accipit eam et ponit ignem[26] in stuppa posita super capita columpnarum, ad figuram finis mundi per ignem. In medio presbiterii progrediens sistit iterum; primicerius deponit mitram de capite suo et osculatur dextram scapulam pontificis et pontifex benedicit eum. Cumque venerit ante altare, cubicularii auferunt mappulam super caput pontificis. Ipse vero pontifex dat pacem priori episcopo qui ei serviturus est, deinde duobus cardinalibus priori et secundo. [18.] Ascendens cum psalmo ad altare, facit confessionem, osculatur evangelium quod subdiaconus tenet ante eum, et intrat ad altare, et inclinato capite dicit orationem. Qua peracta osculatur altare et erigit se, dans pacem archidiacono et omnibus diaconibus. Acolitus representat thuribulum et capsam cum incenso archidiacono qui lecturus est evangelium; pontifex autem accipit capsam et ponit incensum in thuribulum et incensat altare, et archidiaconus retinet planetam ne impediatur.

Posito incenso ascendit ad sedem et cardinales descendunt ad chorum[27] in locis suis et episcopi in dexteram in locis suis juxta pontificem. Interim paraphonista cum scola cantat introitum et *Kyrieleison;* pontifex incipit *Gloria in excelsis Deo* et scola respondet : *Et in terra pax hominibus bone voluntatis*, usque in finem. Et pontifex dicit *Pax vobis;* scola respondet, non in illa voce, sed alta : *Et cum spiritu tuo.* Et dicit unam orationem.

19. Interea archidiaconus cum diaconibus et subdiaconibus in filo stantes ad dexteram juxta altare et notarii jusum in choro[28] pluvialibus induti stantes archidiaconus alta voce cum omnibus dicit[29] : *Exaudi Christe!* Respondent notarii : *Domino nostro Innocentio a Deo*

3 et Consurge et Consol. B — 4 et *ante* episcopos *om.* B — 5 nocte B — 7 serm. eisd. B — 13 antiphonarium B.

19 inter] iuxta M — 20 templum Crinorum] porticum Criciorum M — 21 arcum Flammineum V — 22 Severiane B — 23 Milicenam V — 24 sic *om.* M — 27 et *ante* Val. *om.* B — 28 Adrianum B — 29 memoriam] marmoream M — Romoli V — 30 sic *om.* V — Vaticano MV — 31 cantatur missa V.

36 difficultatem B —

2 et sustentatur B — 3 intrant B — 5 candelabro B — 7 mappam B — 12 iter V, tunc M — 17 ep. priori B — 19 ascendit B — ad alt. cum ps. B — 20 ante *om.* M — 22 dirigit B — 25 autem *om.* M.

30 ad dext. M — 32 introitus B — et] a V — 33 respondit B.

39 ad dexteram *om.* B — et notarii *om.* B — 42 Innocentio] N. B —

decreto summo pontifici et universali pape vita! Tribus vicibus dicit archidiaconus cum suis, tribus vicibus respondent notarii. — *Sancte Maria!* — *Tu illum adjuva!* — *Sancta Maria :* respondent similiter. De unoquoque choro III sanctos duabus vicibus, in fine *Kyrieleison* III vicibus. Archidiaconus cum diaconis et subdiaconis accipit III solidos pro laude.

20. Prior subdiaconus latinus et subdiaconus grecus portant libros ante pectus suum cum duobus subdiaconis et uno acolito camiso induto antecedente cum blationario[30] in manu faciendo viam. Duo cantores, prior et secundus, isto die et die sancto Pasche ascendunt in ambonem et accolitus stat ante in ambonem. Finita laude, subdiaconus latinus legit epistolam latinam, deinde subdiaconus grecus legit epistolam grecam. Redeunt ad altâre gratias agentes et osculantur pedes pontificis. Cantores vero incipiunt gradale et alleluia, et primicerius cum scola respondet. Archidiaconus et diaconus grecus ferentes librum ante pectora sua cum IIII subdiaconis; acoliti ferentes candelabra ante eos manent cum candelabris accensis ante pulpitum. Illi vero legunt evangelia; descendentes portant evangelia obviam pontifici[31] et pontifex osculatur ea. Ascendit in pulpitum et predicat evangelium; ad finem vero facit confessionem, benedicit et redit ad sedem. Et dicit *Credo in unum Deum.* Basilicarii respondent et cantant. Primicerius cum scola cantat offerendam.

Tunc VII cardinales[32] ascendunt ad altare cum libris, III ex una parte et IIII^{or} ex alia parte. Et pontifex a diaconis sustentatus intrat ad altare in canone ad sanctificandam hostiam cum cardinalibus. Perfecta prefatione, basilicarii cantant *Sanctus, Sanctus, Sanctus* et cetera.

21. Finita missa, pontifex ab archidiacono coronatus ascendit equum et procedit cum processione usque ad palatium, hoc modo. Post eum prefectus[33] indutus manto precioso et calciatus zanca una aurea, altera rubea; circa eum judices pluvialibus induti. Ante pontificem archidiaconus et diaconi cum primicerio bini et bini, deinde subdiaconi, ante quos cardinales, ante cardinales cantores cantando, ante eos notarii, ante notarios episcopi, ante episcopos crux domini pape, ante crucem milites drachonarii, portantes XII vexilla que bandora vocantur, et equus domini pape ornatus, sed vacuus. Circa processionem duo prefecti navales qui dicuntur delongarii cum baculis in manibus, pluvialibus induti; majorenti vero cum mantellis sericis et baculis, qui vocantur Scola Stimulati, custodientes processionem ne aliquis se intromittat.

22. Cum autem venerit pontifex ad basilicam Zacharie[34] pape, antequam descendat, descendunt cardinales ad faciendas laudes. Tunc prior cardinalis[35] sancti Laurentii foras muros deposita mitra dicit : *Jube Domine benedicere,* et pontifex benedicit eum. Qui alta voce dicit : *Summo et egregio antistiti beatissimo pape Innocentio vita!* Respondent cardinales omnes : *Deus conservet* eum, tribus vicibus. — *Salvator mundi!* Cardinales respondent tribus vicibus : *Tu illum adjuva.* — *Sancta Mariâ! Tu illum adjuva;* per omnem chorum sanctorum III sanctos; in fine : *Omnes sancti adjuvate illum,* tribus vicibus; *Kyrieleison* tribus vicibus. Et pro laude accipiunt III solidos. Judices vero se representant et dicit primicerius[36] : *Jube domne benedicere;* pontifex benedicit eum, et alta voce dicit : *Hanc diem.* Respondent judices : *Multos annos!* tribus vicibus; *Tempora bona habeas!* Respondent judices : *Tempora bona habeamus omnes!*

Tunc domnus pontifex descendit de equo. Primicerius defensorum et secundicereus suscipiunt eum per manus et ducunt usque in cameram, ibique dat presbiterium omnibus ordinibus. Isto vero die Natalis Domini et die sancti Pasche dat omnibus prioribus manum, id est presbiterium duplum :

prefecto[37] scilicet XX solidos de propria et manum,
primicerio judicum IIII sol. et manum,
unicuique judicum IIII sol.,
priori episcopo IIII sol. et manum,
unicuique episcoporum IIII sol.,
priori cardinali III sol. et manum,
unicuique cardinali III sol.,
archidiacono III sol. et manum,

1 vita] et ita M — 2 cum suis *om.* B — 5 finem B — 7 <et> accipiunt MV — I sol. M.

12 sancti V — descendunt MV — 16 habentes MV — 18 respondent B — 27 offerenda MV.

31 sanctificandum M — perfectio prefatio basilicani B.

35 et procedit *om.* B — 37 zanca] et enea M — 38 rubra M — 41 cantores *om.* M — cantando *om.* V —

1 crux-crucem *om.* B — 3 bandera M — 4 ornatus *om.* B — 7 cum *om.* V.

12 foras muros *om.* B — 14 antistiti] ac tibi M, ac P. V — Innocentio V, I. M, Alexandro B — 15 vita] et ita M — 16 eum *om.* B — vicibus *om.* M — 17 Tu ill. adj. trib. vic. MV. — 21 laudibus M — 23 hunc M — respondent iudices *om.* B

29 ibi M — 33 de propria *om.* B — 34 iudicum *om.* B — 38 priori *om.* B — cardinalium M — III sol. *om.* V — 40 *lineam hanc et sequentem om.* B — archidiacono III sol. *om.* M —

unicuique diaconorum III sol.,
primicerio cantorum III sol. et manum,
secundicerio II sol. et VIII denarios pro honorantia,
unicuique cantori II sol.,
priori basilicario II sol. et manum,
unicuique subdiacono II sol.,
priori regionario II sol. et manum,
unicuique eorum II sol.,
unicuique acolito II sol.,
duobus delongariis VIII sol.,
scriniariis X sol.,
majorentibus V sol.,
drachonariis V sol.,
et aliis ordinibus sicut mos est.

23. Dato presbiterio, intrat ad mensam preparatam. Episcopi et cardinales sedent in dextera parte, archidiaconus et diaconi et primicerius et prior basilicarius et prior regionarius in sinistra, omnis ordo in suo loco. Hostiarius ponit lectorium cum libro omeliarum in medium. Circa medium convivium ex precepto archidiaconi surgit diaconus et legit lectionem, ipse vero archidiaconus imponit finem. Tunc pontifex mandat acolitum ut surgant cantores et cantent sequentiam modulatis vocibus. Qui surgentes faciunt imperata. Finita sequentia vadunt et osculantur pedes pontificis et accipiunt a saccellario unum bizantium, et domnus papa dat eis coppam plenam pocione ex ore suo et bibunt. Finito convivio omnes redeunt ad domos suas. Cardinales mitti solent ad propria.

24. In festivitate sancti Stephani III lectiones de Actibus Apostolorum, *Stephanus autem plenus gratia et fortitudine* et III de sermonibus sancti Stephani cum suis antiphonis et responsoriis. In tercio nocturno de Natale Domini cum tribus psalmis, versibus et lectionibus et suis antiphonis et responsoriis. Matutine laudes de sancto Stephano. Finita oratione sancti Stephani dicitur antiphona *Virgo hodie fidelis* cum oratione de Nativitate. Ad primam, antiphona de sancto Stephano, oratio de Nativitate. Tercia, sexta et nona de sancto Stephano, vesperum vero de Nativitate, antiphona et oratio de sancto Stephano et sancti Johannis et aliarum festivitatum similiter.

Summo mane domnus pontifex egrediens de palatio coronatus cum processione honorifice vadit ad sanctum Stephanum ubi est stacio; ibi cantat missam sicut in Nativitate Domini cum laudibus. Qua finita, rediens ad palatium coronatus, acceptis laudibus a cardinalibus et judicibus et dato presbiterio sino manibus et convivio celebrato sicut supra scriptum est, sic omnes recedunt.

25. In festivitate sancti Johannis evangeliste III lectiones de Apocalipsi et III de sermonibus sancti Johannis cum suis antiphonis, psalmis et responsoriis. Quidam volunt passionem ejus legere. In III° nocturno III antiphone et III psalmi et III lectiones de Natale Domini cum suis responsoriis. Matutine laudes de sancto Johanne et commemoratio sicut supra. Prima de sancto Johanne, oratio de Nativitate.

26. In Natale Innocentium ad matutinum III lecciones de Apocalipsi et III de sermonibus. In tercio nocturno revertitur ad Natale Domini. Non cantatur *Te Deum laudamus*, sed incipiunt matutine laudes. Prima cantatur sicut supra. Ad missam non cantatur *Gloria in excelsis Deo* nec *Alleluia*, nisi venerit in dominica, sed omne officium quadragesimale. Isto die Romani non comedunt carnem neque sagimen, nisi venerit in dominico die.

27. In vigilia Epyphanie omne officium Nativitatis Domini.

In Epyphania stacio ad sanctum Petrum, ubi domnus papa cum tota curia cantat vesperum, sicut in dominica de Gaudete, ea ratione qua superius notatum est. Nocte vero media surgit et omnes ordines cum eo congregantur ad altare sancti Leonis, ibique cum processione, sicut prelibatum est, incensando altaria usque ad corpus, ubi facit vigiliam trium lectionum. Quibus peractis ascendit ad altare majus et incensat; descendit ad pectorale et omnes ordines in suo loco. Annuit primicerio ut incipiat vigilia. Ille autem incipit antiphonam *Afferte Domino filii Dei* et cetera. Tunc leguntur III lectiones de prophetia, *Surge illuminare*

2 cantorum *om.* B — 3 secundicerio <cantorum> M — honorantia <VIII> B.
15 intrant M — paratam B — 18 sinistra <parte> M — 20 ex pr. arch.] excepto archidiacono B — 29 Cardinales-propria *om.* B.
34 psalmis versibus et *om.* B — 35 et *ante* suis *om.* M — 36 de s. St.] sancti Stephani M — 38 Natali V, Nat. M — Ad-Nativitate *om.* V — 39 oratio] vesperum vero M, *sed* oratio *postea scriptum est super* vesperum. — Natali M — 40 Natali M —

1 oratio] responsorium B — et aliorum festivitatum *om.* B.
5 cantant M — 6 Natali MV — 7 a] et V.
13 <et> psalmis MV — 16 Domini *om.* MV.
20 in tertio] et in M — 22 canitur V — 24 Deo *om.* M — 26 nec sanguinem M — nisi ven. in dom. *om.* B.
28 Natalis V, de Natali M.
31 cantat <ibi> B — 32 ea *om.* V — 36 vigilias MV — 39 primicerius M — vigilias M — 41 propheta M — Surge <et> M —

Jerusalem, et alie lectiones de sermonibus, preter nonam lectionem omelie que est domini pape, eo ordine quo in dominica de Gaudete. Missam vero honorifice cum laudibus debet cantare et accipere coronam et coronatus redire ad palatium et agere sicut in aliis coronis.

Infra octavas ad matutinum cotidie III psalmi et III lecciones de sermonibus cum suis antiphonis et responsoriis, excepta dominica, quoniam fiunt novem lectiones. Post octavas leguntur epistole sancti Pauli; quidam legunt de expositione psalterii.

De officio.

28. Dominica prima post octavas Epyphanie leguntur epistole Pauli et ponitur hystoria[38] de psalmista *Qui meditabitur in lege Domini* usque in Septuagesimam. In primo et secundo nocturno matutini cantantur antiphone de eisdem psalmis, *Servite Domino in timore* et cetera. In tertio nocturno in loco antiphonarum cantatur alleluia. Ad matutinas laudes cantatur alleluia in thono *Lux orta est super nos* et ceterarum antiphonarum, sicut in antiphonario continetur. Ad primam et terciam, sextam et nonam, cantatur alleluia. Vesperum de psalmista. In omnibus expeditis dominicis tocius anni ita cantatur ad prelibatas horas, exceptis dominicis a Septuagesima usque in octavas Pentecostes et ab Adventu Domini usque in octavas Epyphanie, nec non in festivitatibus dominicarum. In feriis autem, si non est festivitas, cantatur ad primam hec antiphona : *Benedictus es Domine doce me justificationes tuas;* ad terciam, antiphona *Inclina cor meum Deus in testimonia tua;* ad sextam *Domine vivifica me secundum verbum tuum;* ad nonam *Aspice in me Domine et miserere mei.*

29. In Purificatione sancte Marie leguntur sermones eiusdem festivitatis. Mane stacio ad sanctam Mariam majorem. Exeunt XVIII imagines a diaconi[i]s et cum clericis et populo veniunt ad sanctum Adrianum, ubi fit collecta. Sed domnus pontifex descendit ad sanctam Martinam cum episcopis et cardinalibus et ceteris scolis, ubi cum omnibus induitur. Quidam cardinalis benedicit cereos adductos a curia a cubiculariis. Pontifex egreditur inde et ascendit sedem ante ecclesiam. Quos ita expandit. Prius dat episcopis, deinde cardinalibus, postea diaconis et aliis ordinibus et populo. Deinde vadit ad sanctum Adrianum ubi est crux stacionalis. Archidiaconus annuit ut cantet scola. Primicerius incipit et cantat *Exurge, Domine, adjuva nos.* Finita antiphona pontifex dicit *Oremus*, diaconus *Flectamus genua*, alius diaconus dicit *Levate* et pontifex dicit orationem. Diaconus dicit : *Procedamus in pace;* scola respondet : *In nomine Christi.* Tunc subdiaconus regionarius levat crucem stacionalem de altari, plane portans eam in manibus usque ante ecclesiam. Cum autem venerit foras, levat eam sursum, quam fert ante pontificem in processione usque ad sanctam Mariam majorem. Primicerius in manu leva retro regendo pallium pontificis, cum cantoribus cantat antiphonam *Adorna thalamum tuum Syon.* Pontifex cum aliis dicit psalmos, et sic procedens discalciatus ante[39] arcum Nerve intrat per forum Trajani, exiens ad arcum Auree in porticu absidata, ascendit per clivum juxta Eudoxiam ; et transiens per silicem juxta domum Orphei, ascendit per titulum sancte Praxedis usque ad sanctam Mariam majorem, ibique finita antiphona a scola, subdiaconus regionarius more solito portat crucem ad altare et facit letaniam, respondente scola cum acolitis, et domnus papa cantat missam, sed non cantatur *Kyrieleison* propter letaniam.

30. Sabbato Septuagesime ad vesperum tacetur *Alleluia* et dicitur *Laus tibi Domine.* Sub una antiphona *Voca operarios* omnes psalmi cantantur. Finitis vesperis, apud sanctum Petrum legitur Pentateucus in tribus leccionibus usque ad matutinum. Ad matutinum ponitur Genesis unde leguntur sex lectiones, *In principio creavit Deus celum et terram,* septima et octava de expositione epistole, nona de omelia. Deinceps tacetur *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis Deo*, nisi fuerit festivitas IX lectionum. Ad matutinas laudes omnes antiphone cantentur per ordinem. Ad missam non dicatur *Gloria in excelsis Deo,* sed gradale et tractus. Infra eb-

1 Jerusalem *om.* B — lect. non. B — 3 cum laud. hon. B — 4 cum laudibus *om.* M.

9 quando fuerit novem lectionum B, qua non fuerit novem lect. M — 10 sancti *om.* MV.

12 *Tit. om.* MV — 18 cetera] responsoria M — 21 antiphono M — 22 et] ad V, *om.* M — et (2° *l.*) *om.* B — 26 Pentecostes-octavas *om.* M — eventu V — 28 ad primam *om.* M — 29 Domine *om.* M.

34 beate V — 36 <et> exeunt M — XXIII B — diaconis *codd.* — et *om.* M — 39 et *ante* card. *om.* B — 40 ibi MV —

3 expendit B — 4 diaconibus V — 6 stacionis B — 7 primicerii B — cantet M — 8 antiphona] autem B — oremus V — in] cum V — 12 plane *bis* M — 16 levat B — 17 pont. pall. M — antiphonam *om.* M — 19 psalmum B — discalciatus *om.* B — 20 <et> exiens M — 21 absoata B — clivum] dominum V — 24 antiphona] autem V — 27 cum *om.* M.

32 Eptaticum B — 34 Deus cr. M — 38 festum M — antiphone] autem V — 39 per. ord. cant. M.

domadam legitur de Levitico usque in terciam feriam Quadragesime.

Ista dominica Septuagesime stacio est ad sanctum Laurentium foris murum, ubi domnus pontifex debet cantare missam et in predicatione tractare de introitibus ipsius dominice et futurarum dominicarum. « *Circumdederunt me dolores mortis* dicit peccator, et » in tanta afflictione positus clamat : *Exurge, quare* » *obdormis, Domine ;* et cum ulterius non possit pati » tantum dolorem, dicit : *Esto mihi in Deum protecto-* » *rem.* Jamvero de misericordia Dei ipse confidens » dicit : *Miserere*[40] *mei secundum magnam misericor-* » *diam tuam.* Dominus autem tantis lamentacionibus » pulsatus dicit : *Invocavit me et ego exaudiam eum.* » Sed peccator, cognita Domini misericordia respi- » rans dicit : *Dominus*[41] *illuminatio mea et salus mea,* » *quem timebo? Oculi mei semper ad Dominum quoniam* » *ipse evellet de laqueo pedes meos.* » Et hunc tractatum debet jungere cum evangelio.

31. Dominica Sexagesima legitur de Noe, in Quinquagesima de Abraham, in Quadragesima de sermonibus, in tercia dominica de Jacob et Esau, in quarta de Joseph, in quinta de Moyse.

In cathedra sancti Petri legitur sicut in die natalis ejus, tamen ad vesperum et ad matutinas laudes canitur *Ecce sacerdos magnus.* Stacio in ejusdem basilica. Domnus papa debet sedere in kathedra[42] ad missam.

32. In Annuntiatione beate Marie ad vesperum antiphona *Missus est Gabriel angelus,* psalmus *Dixit Dominus ;* antiphona *Ave Maria,* ps. *Laudate pueri ;* antiphona *Ne timeas,* ps. *Letatus ;* antiphona *Dabit ei Dominus,* ps. *Nisi Dominus ;* antiphona *Ecce ancilla,* ps. *Lauda Jerusalem ;* versus *Ave Maria.* In Evangelio *Spiritus sanctus in te descendet,* ps. *Magnificat.* Ad matutinum *Regem virginum* cum suo *Venite.* In primo nocturno antiphona *Missus est Gabriel,* ps. *Domine Dominus noster ;* antiphona *Ave Maria,* ps. *Celi enarrant ;* antiphona *Ne timeas Maria,* ps. *Domini est terra ;* versus *Ave Maria.* In secundo nocturno antiphona *Angelus Domini,* ps. *Eructavit ;* antiphona *Antequam convenirent,* ps. *Dominus Deus noster ;* ant. *Dabit ei Dominus,* ps. *Fundamenta,* versus *Benedicta tu in mulieribus.* In tertio nocturno ant. *Ecce ancilla Domini,* ps. *Cantate Domino 1°* ; ant. *Beata es Maria,* ps. *Dominus regnavit ;* ant. *Beatam me dicent,* ps. *Cantate 2°,* versus *Ecce ancilla Domini.* Hec sunt responsoria : *Missus est Gabriel Angelus, Veniat, Suscipe verbum, Ecce virgo, Salvatorem expectamus, Letentur celi, Orietur stella, Beatam me dicent.* Legitur de sermone et omelia sancti Ambrosii. [33.] Mane fit collecta ad s. Adrianum, ubi domnus papa convenit cum omnibus ordinibus palatii et expensis cereis benedictis cum XVIII ymaginibus diaconiarum discalciatis pergunt processionaliter ad sanctam Mariam majorem, sicut dictum est in Purificatione, et ibi cantat missam. Vesperum sicut in vigilia dictum est.

34. Quarta feria initium Quadragesime, statio ad sanctam Savinam et collecta ad sanctam Anastasiam, ubi domnus papa cum tota curia venit, ibique indutus ipse et omnes alii ordines ascendunt ad altare. Ibi domnus pontifex dat cinerem, et primicerius cum scola cantat antiphonam *Exaudi nos Domine.* Facta collecta, pontifex discalciatus et omnes alii cum processione pergunt ad sanctam Sabinam, primicerius cum scola retro cantando *Immutemur habitu.* Cum venerit ad ecclesiam, subdiaconus regionarius deposita cruce cum letania vadit ad altare, respondentibus scola et acolitis, ubi domnus papa cantat missam sine *Kyrieleison,* propter letaniam. Ante communionem vero stat subdiaconus regionarius juxta altare, dicens alta voce : *Crastina die veniente, stacio erit in ecclesia sancti Georgii martyris ad Velum aureum.* Respondet scola : *Deo gratias,* et sic postea primicerius cantat communionem. Finita missa, acolitus debet tollere papirum et intingere in oleo candele et diligenter extergere et portare ad palatium ante pontificem, dicens : *Jube, domne, benedicere.* Pontifex benedicit, ille vero dicit : *Hodie fuit stacio ad sanctam Savinàm, que salutat te.* Pontifex respondet : *Deo gratias.* Acolitus representat ei papirum ; qui osculatur eum pro devotione sancte, et dat eum cubiculario. Cubicularius reponit diligenter et observat usque ad mortem pontificis. Et sic fit in omnibus stacionibus. Ad mortem facit ex eis pulvillum et ponit sub capite ejus in sepulchro.

6 dominice] domus B — 7 dolores B — 8 clamat *om.* B — 9 posset B — 11 ipse conf. de m. Dei M — 17 quia B — 18 cripiet B — tractum V.

22 et Esau *om.* B — 23 quinta de *om.* M — Moysen V.

25 ad *om.* V — 26 eius V.

28 In Annuntiatione-dictum est, p. 149 b, l. 14, *om.* B — sancte M — 37 ps. Celi-Ave Maria *om.* M — 40 convenirent *om.* V — 41 Deus *om.* M —

1 versus] antiphona V — 5 sunt *om.* M — veniat] veni ant. M — 8 omelie M — 11 diaconorum MV.

15 Quadr.] Cinerum M — 16 Susannam V — ubi] quo MV — 19 primus V — 22 Savinam B — 26 pontifex MV — 28 iuxta] ante B — 29 erit st. B — in-mart.] ad s. Georgium martyrem M — 40 et dil. obs. MV — observet M — 42 capite *om.* M, *sp. rel.*

35. Quando efficitur collecta, ad missam non cantatur *Kyrrieleison*, quia regionarius dixit in letania. Et per totam Quadragesimam reiteratur gradale infra ebdomadam, nisi fuerit aliquis tractus. Collecta fit II[a] feria, IIII[a] et VI[a] et sabbato per totam quadragesimam et in quatuor tempora tocius anni et in V feria ad sanctam Mariam trans Tiberim et ad sanctum Apollinarem [43].

36. Dominica *Letare Iherusalem*, stacio ad Iherusalem in palatio Susurriano, ubi domnus pontifex honorifice cantat missam, habens in manu sua rosam de auro cum musco. Post evangelium ascendit pulpitum et predicat de flore et rubore rose et odore, ostendens eam populo. Deinde tractat de evangelio. Factis laudibus et finita missa, ibi accipit coronam et coronatus cum processione, sicut mos est, redit ad palatium. Longe ante descensum pontificis descendit prefectus et pedester adextrat eum usque ad locum ubi pontifex descensurus est. Ibi dat ei rosam et prefectus osculatur pedes ejus. Acceptis laudibus et celebrata corona sicut mos est, omnes redeunt ad propria.

37. Dominica de Passione ponitur Iheremias propheta, III lecciones de eodem propheta, III de sermonibus, VII[a] et VIII[a] de expositione epistole, VIIII[a] de omelia, et aliud officium totum sicut scriptum est. Ab isto die usque in sabbato sancto, in nullo responsorio et in nullo *Venite* et introitu cantatur *Gloria Patri*.

38. Dominica in Palmis ad matutinum III lectiones de Jeremia, III de sermonibus passionis, II de epistola, nona evangelium passionis. Matutine laudes cum suis antiphonis sicut in antiphonario continetur. Reliquum officium sicut Ecclesia consuevit.

Mane stacio ad Lateranum, ubi palme sunt ab acolitis collecte in ecclesia sancti Silvestri, de quibus dant acolitis basilice sancti Petri, et accipiunt de altari duos solidos [44]. Palmas autem predicte basilice sancti Silvestri unus de cardinalibus basilice sancti Laurentii in palatio benedicit, quas hostiarii portant in basilicam Leonianam ad pontificem. Indutis omnibus ordinibus palatii, pontifex expendit palmas. Postea exit inde cum processione, primicerius cum scola cantando *Pueri Ebreorum* et alias antiphonas, usque ante ostium ecclesie Salvatoris, ibique super gradus posito subsellio pontifex sedet. Primicerius cum scola incipit *Gloria, laus et honor*. Prior basilicarius ad clausum ostium cum subdiaconis stans respondet et cantat versus *Cui puerile decus*. Ad omnes duos versus respondet scola et dicit *Gloria laus et honor*. Quibus finitis, aperto ostio, intrant ecclesiam cantando *Ingrediente Domino*. In secretario pontifex induitur et intrat ad missam sine mappula. Primicerius cantat introitum sine *Gloria Patri*. Diaconus dicit evangelium hoc modo : *Dominus vobiscum*. — Respondet scola : *Et cum spiritu tuo*. — Et dicit : *Passio domini nostri Jesu Christi secundum Mattheum*. — Respondet scola : *Gloria tibi, Domine*. Et postea legitur evangelium et non predicatur. In quarta vero feria et VI[a] solummodo cum pronunciacione legitur evangelium passionis sine salutatione et sine responsione.

39. In Cena Domini usque in sabbato sancto *Deus in adjutorium meum intende* non dicitur, nec invitatorium, nec *Gloria Patri* in psalmis, sed incipit : *Zelus domus tue*, sicut in antiphonario continetur ; nec presbiter orat, lector non petit benedictionem ; quando finit non dicit *Tu autem*, sed ex verbis lectionis jubetur facere finem. Lectiones leguntur VIIII, tres de Lamentacione Jeremie prophete, alie de expositione evangelii ; VIIII psalmi et VIIII responsoria. Sequuntur matutine cum suis antiphonis et psalmis. Quo completo non dicitur *Kyrieleison*, sed cantatur *Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem*, et tacendo recedunt. In Parasceve proced(un)t : *mortem autem crucis ;* in Sabbato similiter : *propter quod et Deus exaltavit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen*.

40. Ad missam descendit domnus pontifex in secretarium ; preparatis ampullis plenis oleo, miscitat balsamum cum oleo. Deinde se induit cum omnibus aliis et habet VII candelabra accensa ante se et cum processione procedit ad altare cum linteo extenso super caput ejus. Primicerius osculatur scapulam pontificis et

2 dicit M — 4 tractatus M.

9 Susuciano M — 11 pulpitrum V, *et ita infra* — 14 ibi *om.* M — coronatur B.

21 de Hieremia M — 22 I de serm. M — 25 sabbatum sanctum M — 26 Venerit V — et introitu *om.* B — introitus V — Patri < et cetera > M.

33 basilica MV — 34 datur B — acolitis *om.* B — 35 altare B — sol.] sed M — 38 Leoninam M — 40 exeunt M, exit V — primic. B —

3 sedit V — 4 honor] Quibus finitis aperto ostio intrat aecclesiam > B — 5 subdiaconibus V — 6 < et > ad M — 8 intrat B — 11 sine] cum B — 12 scola < et dicit > MV — et *ante* cum *om.* M — 15 legit BM — 17 cum pronunciatione *om.* B — legit MV — 18 salutatione et sine *om.* B.

19 Domini] vero M — 22 antiphonario] antiphona non V — 23 orat] dicit Oremus MV — 24 ex *om.* B — 27 octo resp. MV — 28 sequitur mat. MV — 31 Parasceven B — 32 et *om.* M — 33 quod-nomen *om.* M.

36 miscet M — 38 ante se acc. MV —

cantat introitum cum *Gloria Patri* et *Kyrieleison*. Pontifex incipit *Gloria in excelsis Deo*, primicerius cum scola respondet. Qua finita pontifex unam tantum orationem dicit; subdiaconus legit epistolam in ambone, duo cantores incipiunt gradale *Christus factus est pro nobis*, primicerius cum scola respondit et illi duo cantores reiterant gradale; diaconus legit evangelium. Eo die dum domnus pontifex predicat, cardinales[45] levant mensam de altari et denudant altare et ponunt eam in securo loco. Peracta predicatione facit remissionem populo, benedicit et descendit ad sedem, ubi nunciat *Credo in unum Deum*. Offerenda non dicitur, sed solus pontifex intrat ad altare ad sacrificium. De quo sacrificio servat pro alio die parasceve. Sanctificat crisma et oleum sicut in ordine episcopali scriptum est. Primicerius cum scola cantat *Agnus Dei* tribus vicibus, *miserere nobis*, et dicit communionem *Dominus Jesus postquam cenavit cum discipulis suis*.

41. Finita missa, domnus pontifex ita indutus redit ad palatium in basilica sancti Laurentii, ibique expoliat se usque ad dalmaticam, et posita pelle ad collum ejus sedet. Cubicularii ponunt concam ante eum et linteum mundum; XII subdiaconi manent foris ante basilicam discalciati. Duo ostiarii accipiunt priorem in ulnis et portant eum ante pontificem. Pontifex vero cum aqua calida lavat pedes ejus et tergit linteo, osculatur eos et dat ei duos solidos. Sic facit unicuique eorum XII. Interim primicerius cum cantoribus et cardinalibus et diaconis cantat vesperum. Quo finito cantat *Dominus Jesus postquam cenavit* et domnus papa dat

unicuique episcopo IIII^{or} solidos,
unicuique cardinali III solidos,
unicuique diacono III sol.,
primicerio III sol.,
unicuique cantori II sol.

Quibus finitis vadunt ad cenam in basilicam Theodori que est Panettaria[46], ubi fit continua lectio a subdiacono. Perfecta cena, redit in cameram ubi se expoliat.

42. In Parasceve, episcopus ebdomadarius facit officium in basilica Salvatoris. Domnus papa descendens de palatio ibi post altare cum aliis ordinibus se induit et discalciatus pergit cum processione, et omnes cum eo cantando psalterium usque ad Sanctam Crucem. Quidam cardinalis honorifice portat corpus Domini preteriti diei conservatum in capsula corporalium, subdiaconus regionarius ferens ad pectus crucem stacionalem coopertam. Cum venit ad ecclesiam predicte basilice, pontifex lotis pedibus calciatus ascendit ad altare; prius orat et postea residet. Quidam basilicarius vadit ad pulpitum et incipit legere. Deinde omne aliud officium, sicut in libro scriptum est. Peracto *Pater noster qui es in celis* accipit corpus Domini quod cardinalis adduxerat et confirmat de vino misso in calice. Finito offitio, ita induti redeunt cum eadem processione sicut prius, tamen calciati, usque ad palatium, cantando reliquos psalmos. In camera domnus papa se expoliat, alii autem expoliati recedunt.

43. In Sabbato sancto mane surgit archidiaconus et miscitat oleum et crisma annotinum in cera munda; acolitus conficit eam et colat et facit ex ea in similitudinem agnorum, quos domnus pontifex expendit ad missam in sabbato de Albis. Ad sextam sabbati sancti efficitur novus ignis et cereus benedicitur et leguntur XII lectiones latine et XII grece et cantantur tria cantica *Cantemus Domino gloriose*, *Vinea facta est*, *Attende celum*. Finito hoc officio, domnus pontifex descendit ad fontem cum diaconis et subdiaconis regionariis cantando letaniam; primicerius cum scola cantando *Sicut cervus* usque in porticum sancti Venantii. Ibi preparato fascitorio pontifex sedet. Cardinales autem qui remanserunt in choro exeunt per posterulam post absidam et intrant per porticum sancti Johannis et vadunt in ecclesiam sancti Venantii. Tunc archidiaconus precipit duobus ut eant ad ostium sancti Venantii; qui obedientes accipiunt priorem card(inalium) per manus et adextrant eum usque ante pontificem, omnes cardinales sequentes eum. Prior autem inclinat se et dicit : *Jube domne benedicere*. Pontifex benedicit eum. Progrediens parum facit similiter et benedicit. Tercia vice similiter, et benedicit eum pontifex et dicit : *Ite, baptizate omnes gentes in nomine*

1 et] cum M — 3 unam t. pont. B — 4 legit] dicit B — 5 Christus gradale *om.* M — 8 dum *om.* B — 9 cum M — 11 benedicit *om.* M — 12 offerendum B — 15 dictum MV.

20 basilicam MV — 22 et] habens ante eum B, se et V — 23 ante *om.* MV — 24 discalciati *om.* MV — 26 tergens M — 27 sicut M — 32 <et> unic. M — 33 III-cantori II sol. *om.* M — 34 un. diac. III sol. *om.* V — 37 in *om.* M — basilica M — Theodossii M, Zachariae que est Panettaria B — 39 camera M —

9 calciatis MV, *om.* B — 11 vadat M — incipiat M — 14 misce M — 15 cum] de B, *om.* V.

20 miscet M — cena B — 22 papa B — ad missam *om.* MV — 23 sancti] sibi V — 28 subdiac. regionarius *codd.* — 30 porticu B — 31 facistorio M, fastistorio V — 32 vero M — 33 per *om* B — 36 obediunt BV — 37 et *om.* MV — addextrantes MV — 38 sequuntur M — 41 vice] diae B —

Patris et Filii et Spiritus sancti. Cardinales vero ita induti cum equitibus revertuntur ad titulos suos.

Tunc pontifex intrat ad baptismum. Quo finito redit in loco[47] crismali; crismat infantes et lavat manus. Deinde revertitur ad altare cum letania facta a subdiacono regionario. Primicerius cum cantoribus cantat *Kyrieleison.* Domnus pontifex incipit *Gloria in excelsis Deo;* primicerius cum scola respondet. Qua finita dicit orationem, subdiaconus legit epistolam et pontifex nunciat Alleluia. Primicerius in pulpito cantat eam, cui scola respondet. Quo cantu finito, descendit primicerius, vadens ad pontificem, osculatur pedes ejus et debet ei donare unum optimum pluvialem. Eo die non cantatur *Credo in unum Deum,* nec Offerenda, nec *Agnus Dei*, nec Communio, sed dicit ad vesperum *Alleluia*, ps. *Laudate Dominum omnes gentes,* antiphona *Vespere autem sabbati, Magnificat anima mea Dominum* et dicit orationem et *Ite missa est* cum benedictione.

44. In die sancte Resurrectionis ad matutinum super *Venite, Alleluia;* et quidam dicunt *Surrexit Dominus vere.* Tres antiphone, tres psalmi, *Beatus vir, Quare fremuerunt, Domine quid multiplicati.* In loco harum trium antiphonarum cantatur *Alleluia*, sicut in Antiphonario Romano scriptum est. Versus *Hec dies quam fecit Dominus* cantatur sicut gradale. Tres lectiones de Evangelio cum suis responsoriis. Quibus finitis cantatur *Te Deum laudamus.* Matutine laudes cum antiphonis suis et psalmis. Perfectis antiphonis pro versu cantatur gradale *Hec dies quam fecit Dominus*, antiphona *Surrexit Dominus de sepulchro*, psalmus *Benedictus Dominus Deus Israel* et oratio tantum festivitatis. Prima sine antiphona cum tribus psalmis, quibus peractis cantatur gradale *Hec dies* et oratio diei. [45.] Ad missam una tantum oratio dicitur.

Isto die stacio est ad sanctam Mariam majorem. Mane surgit domnus pontifex, vadit et intrat in basilica sancti Laurentii. Posita ibi capella et subsellio prius orat, postea induitur a diaconis et subdiaconis et regionariis usque ad dalmaticam. Surgit et ingreditur ad Salvatorem, aperit imaginem et osculatur pedes Salvatoris, dicens alta voce cantando, tribus vicibus : *Surrexit Dominus de sepulcro qui pro nobis pependit in ligno, alleluia.* Alii respondent et redit ad subsellium. Prius dat pacem archidiacono et archidiaconus revertitur ad locum suum; deinde secundo diacono, qui revertitur et dat pacem archidiacono et redit in filum; sic ceteri diaconi faciunt. Deinde primicerius cum cantoribus accipiunt pacem; similiter redeunt in filo. Deinde prior basilicarius cum subd(iaconis) accipiunt pacem; similiter revertuntur in filo. Postea subdiaconi regionarii accipiunt pacem et revertuntur in filo. Deinde acoliti et alii palatini ordines. Finita pace tunc domnus pontifex induit se planeta alba et ab isto die usque in octavas Pasche similiter; et induit pallium et mitram.

Cum his omnibus ordinibus descendit de palatio, preparatis equis cum albis mappulis super sellas. Coronatur et equitat cum processione ad sanctam Mariam majorem. Cum autem venerit in Merolanam, stat notarius ibi et alta voce dicit : *Jube, domne, benedicere.* Pontifex benedicit eum. Notarius dicit : *In ecclesia sancte Marie in hac nocte baptizati sunt tot masculi et tot femine.* Pontifex respondet : *Deo gratias.* Et notarius accipit a sacellario unum bizantium. Secunda feria similiter fit ad sanctum Petrum, tercia feria ad sanctum Paulum.

46. Cum autem venerit domnus pontifex ad sanctam Mariam ubi fit stacio, descendit de equo, deponit coronam de capite, quam dat stratoribus ut servent eam diligenter. Canonici ecclesie cum thuribulo et incenso et aqua benedicta suscipiunt eum cum processione, cantando. Sed pontifex ponit incensum in thuribulo et aspergit aquam super populum. Deinde intrat ecclesiam et orat et vadit ad secretarium. Ibi, paratis omnibus ordinibus, prius dat pacem priori episcopo qui ei serviturus est, et redit in locum suum; deinde secundo episcopo, qui rediens dat pacem priori suo et redit in filo, et aliis similiter, deinde cardinalibus similiter, postea prefecto et judicibus, delongariis quoque, id est prefectis navalibus, et majorentibus qui dicuntur Scola Stimulati, et ceteris laicis principibus. Tunc surgunt duo subdiaconi basilicarii et accipiunt priorem subdiaconum regionarium per manus,

2 terminos B.

4 ad locum crismalem M — 6 cantorum V — 8 qua] ea MV — 10 pulpitu V — 11 cui] cum V — 12 < et > osc. M — 13 dare M. 19 super] semper V — 20 Venite] veniunt MV — 21 < et > tres ps. MV — 24 Rom. ant. MV — versus] graduale M — 28 et psalmis *om.* M — 29 quem V — 33 dies < quam fecit Dominus > MV. 36 < in episcopium > in B — basilicam M — 39 regionarius V — 41 Salvatoris] eius V —

5 filo MV — 6 sicut B — 7 similiter] et M — 8 Deinde-in filo, l. 10, *om.* M — 9 similter-revertuntur, l. 10] et redeunt V — 13 octavam M, octavis V — et] se M — palleum V, pileum M.

16 Coron. sup. sellas M — 18 Merolana M — 22 respondit M — 23 bigantium M — 24 fit sim. M — feria < similiter > MV.

28 ut] et V — dil. s. eam MV — 33 ubi M — 35 ad M — 37 deinde card. sim. *om.* M — 41 diaconi B — 42 manum B —

addextrantes cum ab introitu secretarii usque in medium secretarii ante pontificem. Qui alta voce dicit : *Jube, domne, benedicere.* Pontifex benedicit eum. Deinde parum producunt eum, et iterum dicit : *Jube, domne, benedicere;* et benedicit. Progreditur ante et dicit *Jube, domne, benedicere.* Domnus benedicit eum. Et dicit : *Servi domini nostri Jesu Christi, Servi domini nostri Jesu Christi, Servi domini nostri Jesu Christi G. archidiaconus legat evangelium, Iacinctus subdiaconus legat epistolam, G. primicerius et ceteri cantores cantent.*

47. Tunc surgit domnus pontifex a duobus diaconis sustentatus, in processione progrediens, sicut mos est. Cubicularii in introitu ecclesie habent mappulam extensam, quam portant super caput ejus usque ante altare. Cum intrat presbiterium ecclesie, mansionarius preparat ei arundinem cum cereo accenso. Quam accipit et ponit ignem in stupa super capita columpnarum que ibi stant. Cum autem venerit ad primicerium, primicerius deponit mitram et osculatur scapulam dextram pontificis; qui benedicit eum. Cum venerit ante altare, cubicularii auferunt mappulam super caput ejus. Deinceps facit officium sicut ecclesia consuevit. Primicerius autem cum cantoribus cantat introitum *Resurrexi et adhuc tecum sum.* Domnus pontifex nunciat *Gloria in excelsis Deo.* Qua peracta pontifex dicit orationem. Archidiaconus vero cum diaconibus et subd(iaconibus) stantes juxta altare ordinate et notarii jusum in choro cum pluvialibus, archidiaconus cum sociis alta voce dicit : *Exaudi Christe!* — Notarii respondent : *Domino nostro pape Innocentio a Deo decreto summo pontifici et universali pape vita!* — Archidiaconus et diaconi iterunt dicunt : *Exaudi Christe!* Notarii respondent similiter. Sic dicitur tribus vicibus, et cetera que secuntur in laude.

Facta laude, prior subdiaconus basilicarius legit epistolam latinam, subdiaconus grecus legit epistolam grecam. Duo cantores, secundicereus et alius cantor secundus a se in pulpito cantant gradale *Hec dies.* Primicerius cum scola respondet. Finitis cantibus, archidiaconus legit evangelium latinum, diaconus grecus legit evangelium grecum. In secreta descendunt duo diaconi ante altare et duo subdiaconi ordinate stantes cum silentio. Dum pontifex dicit *Per omnia secula seculorum,* nullus ei respondeat, sed incipit et dicit *Pater noster qui es in celis* et cetèra que sequuntur.

48. Finita missa coronatur et cum processione redit ad palatium per montem Exquilinum, intrans sub arcu ubi dicitur Macellum Laviani, progreditur ante templum Marii quod vocatur Cymbrum, transiens per Merolanam, ascendens ad palatium juxta Fulloniam, in introitu basilice Zacharie papae, et acceptis laudibus a cardinalibus et judicibus, sicut in aliis coronis, descendit de equo, suscipitur a primicerio et secundicereo judicum, deponit coronam et dat cubiculario, quam curiose reponit in scrinio. Judices autem ducunt eum illo die in basilicam magnam Leonianam, in cameram ubi sunt preparata XI scanna et unum subsellium[48] circa mensam domni pontificis et lectus eius bene preparatus, in figura XII apostolorum circa mensam Christi, quando comederunt pascha. Ibi jacent in cubitis V cardinales et V diaconi et primicerius ad prandium. Dato prius presbiterio in camera cum manibus, sicut in die Nativitatis Domini, surgit inde et venit ad locum qui dicitur Cubitorum, ubi agnus assus benedicitur, quem benedicit et redit ad preparatum locum mense. Prior basilicarius sedet in subsellio ante lectum. Tunc domnus pontifex tollit parum de agno et prius porrigit priori basilicario, dicens : *Quod facis, fac citius. Sicut ille accepit ad dampnationem, tu accipe ad remissionem.* Et mittit in os ejus. Qui accipit et comedit. Reliquum agni dat XI discumbentibus et aliis quibus placet, et sic omnes comedunt. Ad dimidium vero convivium, ex precepto archidiaconi surgit quidam diaconus et legit leccionem. Cantores autem ex precepto domni pontificis cantant sequentiam que sit conveniens Pasche, modulatis organis. Eaque finita eunt et osculantur pedes pontificis, qui dat eis coppam plenam pocione. Qui bibunt et accipiunt a saccellario unum bizantium.

49. Finito convivio, descendit in basilicam Salvatoris ad secretarium, ubi parum pauset. Qui surgens intrat ad vesperas eo ordine sicut in Antiphonario scriptum

1 usque-secretarii *om.* MV — 2 dicunt M — 6 dicit <ter> M, *qui non repetit* servi Domini etc. — 9 Iacintus MV — 10 G. *om.* M. 11 diaconis *om.* MV — 12 procedens B — 16 ei *om.* B — 17 stuppa V — 18 primum cereum MV — 20 pontificis *om.* B — 21 afferunt B, aufferunt V — 26 vero *om.* M — 27 stans B, stant M — 30 papa V — Alexandro B — a *om.* M — 31 Archidiaconus-Christe *om.* B — 32 diaconus M — 33 <et> notarii M — 34 laude <faciunt> M.

36 <et> subd. M — 37 secundicereus-a se *om.* MV — 38 cantat B — dies <quam (quem V) fecit Dominus> MV —

1 secreta <etenim> B.

7 arcum V — 8 Lunanum MV — 9 notatur Cimbrum V — 10 Merulanam MV — 11 et *om.* MV — 14 secundicerio M, secundicerius V — 16 magnam *om.* B — 17 camera M — 18 iuxta B — 19 figuram M — 20 comederant in Pascha M — 26 locum] lectum V — sedit V — 28 priori *om.* M — 30 accepit MV — 31 XII B — 32 et-comedunt *om.* M — 35 fit M — 37 copam B.

41 secretariam M — surgens <dicta prius nona> MV —

est. Finitis tribus vesperis[49] in basilica Salvatoris et ad fontes et ad sanctam Crucem, redit domnus pontifex in preparata porticu; posito ibi facistorio sedet ipse et alii ordines circa eum. Architriclinus autem cum aliis juvenibus ordinate preparat ante domnum pontificem potionem et vinum. Bibit ipse et alii omnes bibunt. Interim cantores surgunt et cantant hanc sequentiam grecam :

Pascha yeron ymin symeron anadedicte,
Pascha kenon, agyon,
Pascha mysticon,
Pascha pansevasmyon,
Pascha Cristu tu lithorotu,
Pascha amomon,
Pascha mega,
Pascha ton piston,
Pascha tas pilas ymin tu paradisu anaeoxan,
Pascha pantas anaplastron vrotus,
Kenon papan Christe fylaxon.

Qua sequentia finita, eunt et osculantur pedes pontificis et dat eis bibere coppam potionis. Sic omnes leti recedunt.

50 Secunda feria, stacio ad sanctum Petrum. Ad matutinum, super *Venite, Surrexit Dominus vere, alleluia, Venite exultemus.* In loco trium antiphonarum cantatur *alleluia* et tres psalmi, *Cum invocarem, Verba mea, Domine ne in ira tua,* versus *Hec dies quam fecit Dominus,* tres lecciones de omelia et duo responsoria diei, *Te Deum laudamus.* Matutine laudes cantentur cum suis antiphonis et psalmis et versibus alterius diei prioris.

Mane autem facto omnes palatini ordines congregantur ad palatium cum pontifice et descendunt de palatio, et equitat domnus pontifex. Intrat per campum[50] juxta sanctum Gregorium in Marcio, descendit in viam majorem sub arcu forme, et dextra manu ante sanctum, Clementem declinans in levam juxta Coloseum, transiens per arcum Aure ante forum Trajani usque ad sanctum Basilium, ascendit per montem circa Militias Tiberianas, descendit per sanctum Abbacirum, et transiens ante sanctos Apostolos manu leva descendens in via Lata et reclinans per viam Quirinalem et proficiscens ad sanctam Mariam in Aquiro, ad arcum Pietatis, sic ascendit ad Campum Martis; transiens ante sanctum Trifonem juxta posterulas usque ad pontem Adrianum, intrat per pontem et exit per portam Colinam, ante templum et castellum Adriani; proficiscens ante obeliscum Neronis intrat per porticum juxta sepulchrum Romuli, ascendit ad Vaticanum in basilica beati Petri apostoli, ibique cum omni populo Romano cantat missam.

51. Qua finita coronatur ante basilicam sancti Petri, in loco ubi ascendit equum, et coronatus cum processione revertitur ad palatium per hanc viam sacram : per porticum et per prelibatum pontem, intrans[51] sub arcu triumphali Theodosii, Valentiniani et Gratiani imperatorum et vadit juxta palatium Chromatii, ubi Judei faciunt laudem; prosiliens per Parrionem inter circum Alexandri et theatrum Pompeii, descendit per porticum Agrippinam, ascendit per Pineam juxta Palacinam, prosiliens ante sanctum Marcum; ascendit sub arcu Manus carnea per clivum Argentarium, inter insulam ejusdem nominis et Capitolium. Descendit ante privatam Mamertini, intrat sub arcu triumphali inter templum Fatale et templum Concordie, progrediens inter forum Trajani et forum Cesaris subintrat arcum Nerve inter templum ejusdem dee et templum Jani, ascendit ante asilum per silicem ubi cecidit Symon magus, juxta templum Romuli. Pergit sub arcu triumphali Titi et Vespasiani qui vocatur Septem lucernarum, descendit ad Metam sudantem ante triumphalem arcum Constantini; reclinans manu leva ante amphitheatrum et per sacram viam juxta Coloseum revertitur ad Lateranum. Ibique honorifice susceptus, factis laudibus cardinalium et judicum, ascendit palatium, dat presbiterium sine manibus et celebrat convivium in eadem basilica Leoniana. Peracto convivio descendit ad vesperas et facit officium sicut scriptum est.

52. Infra Albas Pasche ad matutinum invitatorium *Surrexit Dominus vere* cum suo *Venite.* Feria III tres psalmi, *Domine Deus meus in te speravi, Domine Dominus noster, In Domino confido;* versus *Hec dies,* tres lectio-

1 finitis < etenim > B — 3 preparatam porticum MV — sedit V — 5 proparant B — 6 omnes alii MV — 9 ymni M — ysmeron B — 10 keron B — 11 misticon MV — 12 pansemasynon M, pansenasimon V — 13 liolirotu M, litrothu V — 16 to piston M — 17 ymni M — 18 anaplostron M — 19 filasan M, filaxon V — 21 et-recedunt *om.* M. 27 ira tua] furore B — quem V — 29 cantetur MV.

34 < et > intrat M — 35 Martio MV — 38 Coliseum V — transeans M — Auree MV — 41 Abbatirum M, Abbacyrum V —

1 reclinens M — ac M — 4 Tiphonem B — 6 per] ad B — 7 proficiens B.

13 sacram viam B — 14 per *om.* B — 15 Valentiani M — 16 palatium] et vadit iuxta palacii V — 17 Parionem MV — 18 portam B — 19 Agripinum M — Palatinam B — 21 canea M — inter] iuxta M — 25 iuxta M — 29 Thiti B — 31 amphitheatrum-iuxta *om.* B — 32 et *om.* M — 35 < et > dat M — 36 Leonina B.

39 tres *om.* B —

nes cum suis responsoriis; matutine laudes sicut convenit diei, et ad aliud officium. Feria IIII psalmi *Salvum me fac Domine, Usquequo Domine, Dixit insipiens.* In loco antiphonarum cantatur *Alleluia* cum versu *Hec dies* et cum tribus lectionibus et responsoriis. Matutine laudes et aliud officium sicut supra. Feria V psalmi *Domine quis habitabit, Conserva me Domine, Exaudi Domine,* cum tribus antiphonis *Alleluia* et cum versu *Hec dies* et cum tribus lectionibus et responsoriis; matutine laudes et aliud officium sicut supra. Feria VI psalmi *Celi enarrant, Exaudiat te Dominus, Domine in virtute tua*, versus *Hec dies,* tres lecciones cum suis responsoriis diei; matutine laudes sicut supra et aliud officium.

53. Sabbato de albis ad matutinum tres psalmi, *Dominus regit me, Domini est terra, Judica me Deus.* In loco trium antiphonarum cantetur *Alleluia;* versus *Hec dies,* tres lecciones cum suis responsoriis. Matutine laudes et ceterum officium sicut supra.

Mane ad missam stacio Lateranis ubi domnus apostolicus cantat missam, ibique mutatur gradale in alleluia et cantantur duo alleluia cum suis versibus. Dum primicerius cum scola cantat *Agnus Dei,* domnus apostolicus expendit agnos per populum hac ratione ut sicut filii Israel in Egypto positi precepto Domini de sanguine agni immaculati in liminibus domorum scripserunt hoc signum X ne ab angelo percuterentur, ita et nos de sanguine immaculati agni Christi debemus hoc signum scribere in limine domorum nostrarum per fidem, ne a diabolo et a vitiis percutiamur et a potestate diaboli liberemur. Aliud : propter infantes noviter baptizatos in ecclesia deponentes veterem tunicam, qui adnunciant alleluia, id est gloriam beatitudinis celestis patrie. Tercium : quia quicumque habuerit de cera predictorum agnorum et ex ea in domo sua crucem habuerit vel secum portaverit, non ledetur ab aliquo fantastico spiritu et a tonitruo.

A Pascha usque in sabbato ad sextam, ad omnes cursus offitii non dicitur responsorium ad primam, tertiam, sextam, nonam et completorium, nec leccio in eis recitatur, sed pro lectione versu et responsorio cantatur gradale *Hec dies.*

In octavis illud officium fit quod in Pascha. Ad matutinum deinceps dimittitur gradale *Hec dies* et dicitur versus sicut in aliis diebus futuris. [54.] Mane stacio ad sanctum Pancratium. Ad vesperum debet esse domnus pontifex ad sanctos Cosmam et Damianum cum omnibus scolis, ibique honorifice cantare vesperas sicut in die sancto Pasche et habere cenam de ecclesia, ipse et omnes ordines palatii, videlicet panem, vinum, lacteas et lactucas.

55. A Pascha usque in vigilia Ascensionis cantentur tres psalmi uniuscujusque nocturni ejusdem ferie et tres lecciones; in loco antiphonarum apud Romanos non sunt nisi III alleluia, tam in dominicis diebus quam in feriis et festivitatibus, ita quod ad terminum predictum finiatur psalterium, non genu flexo in ullo officio, et non cantatur antiphona, sed in loco antiphone cantetur alleluia, nisi fuerint dominicales antiphone cum alleluia et antiphone alicujus festivitatis similiter cum alleluia. Infra ebdomadam ad matutinum invitatorium Alleluia cum suo *Venite.* In laudibus sub una alleluia in tono *Noli flere Maria* cantantur omnes psalmi. Ad vesperum similiter nisi in dominicis diebus et festivitatibus, in omnibus matutinis laudibus et vespertinis horis fit commemoratio passionis Christi et resurrectionis, antiphona *Crucem sanctam subiit* et *Noli flere Maria,* cum versibus et orationibus suis. Secunda feria post octabas Pasche ponitur Apocalipsis et hystoria *Ego sum vitis* usque in dominicam de Modicum.

56. In letania majore omnes cruces Romane civitatis cum clero et populo honorifice cum processione procedunt ad sanctum Marcum. Prius cantant antiphonam *Domine Dominus noster qui cum patribus nostris,* deinde ps. *Beatus vir* et reliquos. Cum autem ad ecclesiam

2 convenit-sicut supra, l. 6, *om.* B — dei V — ad *om.* M — 3 Dicit M — 4 alleluia <et> V — cum *om.* M — 5 versus M — et cum *om.* M — tres lectiones M — et] cum suis M — 6 <et> laudes V — et al. officium *om.* M — 7 psalmi *om.* BM — Dominus V — 8 Deus M — 9 versu *om.* B — 10 <et> laudes MV — 11 Domine V — 12 versus] pro versu M — 13 diei *om.* M.

16 Deus] Domine B — 19 ceterum] reliquum B.

20 <in> Later. M — pontifex B — 23 papa B — 25 sicut *om.* B — 26 agni imm. B — 27 scripsero M — signum T M, + V — 28 sanguine <passionis> MV — 29 signum + M — 31 a *om.* M — 33 annunciat M — 37 thonitruo B.

1 sabb. ad sextam] octabas B — 2 ad-completorium *om.* B — 3 <et> nonam M — in eis *om.* B — 4 lectione *om.* B — et *om.* MV.

6 In octavis-Hec dies *om.* V. — 12 sancto] sabbati M — 13 ordines] cardinales B — <et> vinum B — 14 lacteos B, lecteas M.

15 tres ps. cant. B — 17 tres] I M — <quia> in B — antiphonae B — 20 nullo B — 21 et-antiphona *om.* M — 22 nisi <cum> V — 24 cum all. sim. B — 26 thono B — 28 matutinis laudibus et *om.* B — 30 subiit *om.* B — 31 cum-suis *om.* B — 32 octavam M — 33 vitis <vera> B — dominica B.

35 litanias maiores MV — 39 autem] antiphona B —

venerint, cantant responsorium *Famule Dei Marce.* Finito responsorio faciunt collectam *Populus Syon convertimini ad Dominum.* Finito cantu dicunt *Flectamus genua, Levate* et orationem, *Procedamus cum pace, In nomine Christi.* Exeuntes de ecclesia redeunt ad processionem per viam cantando antiphonas et psalmos et in statutis locis letanias sicut mos est usque ad sanctum Petrum, et accipiunt a curia domni pape presbiterium secundum consuetudinem hujus diei. [57.] Interim convenientibus omnibus patriarch[i]arum[52] canonicis cum suis crucibus in basilica Salvatoris que vocatur Constantiniana, tunc domnus pontifex post altare ejusdem ecclesie induit se cum episcopis, cardinalibus et diaconis et aliis ordinibus sacri palatii. Tunc primicerius cum cantoribus cantat *Populus Syon.* Finito cantu domnus pontifex dicit *Oremus,* archidiaconus *Flectamus genua,* alius respondet *Levate* et pontifex dicit orationem. Scola respondet *Amen.* Archidiaconus nunciat *Procedamus cum pace,* scola respondet *In nomine Christi.* Subdiaconus vero regionarius elevat crucem stacionalem de altari, quam plane portat in brachio ut osculetur ab omnibus in processione ante pontificem usque in exitu ecclesie. Deinde levat eam erectam. Primicerius cum scola post domnum papam tenens pallium cum leva primum incipit antiphonam *Domine Dominus noster;* deinde Lateranum eandem antiphonam, postea Sancta Maria major, in quarto loco Sanctus Petrus. Finitis patriarchiis primicerius iterum incipit eandem antiphonam, et hoc ordine cantantur alie antiphone per totam viam, dum pontifex cantat psalmos. Cum autem venerit processio ante Coloseum, subdiaconus regionarius incipit septiformem letaniam, basilicarii vero respondent illud idem usque ad septimum. Cum autem venerit ante sanctam Mariam novam in preparato lecto dominus pontifex cum episcopis, cardinalibus et diaconis quiescit donec finiatur letania. Qua finita surgit domnus pontifex, dicit *Oremus,* diaconus *Flectamus genua,* R[espondet] *Levate*; pontifex dicit orationem, diaconus *Procedamus cum pace,* et redeunt omnes in processione per viam Sacram. Ad clivum Argentarii prelibatus subdiaconus incipit quinqueformem letaniam eo ordine quo prius usque ad lectum ante sanctum Marcum, ubi domnus papa se pausat sicut in primo. Deinde revertuntur in processione usque ad arcum triumphalem Theodosii, Valentiniani, Graciani imperatorum, ubi incipit triformem letaniam usque ad lectum in ponte Adriano. Venientes ad sanctum Laurentium in porticu majore, ubi incipit simplicem letaniam usque ad lectum cantari ante sanctam Mariam in Virgari[53], in fine cortine. [58.] Finita letania aliisque officiis ascendit ab basilicam sancti Petri ubi est stacio, ibique domnus pontifex cantat missam. In hac stacione habet domnus pontifex XX solidos denariorum papiensium, cardinales vero et diaconi et primicerius cum cantoribus accipiunt XL solidos lucenses et prior basilicarius. Scriniarii vero scribunt omnes cruces et de unaquaque habent I lucensem, de quibus habent acoliti medietatem et medietatem basilicarii. Predicti scriniarii accipiunt presbiterium X solidos, subdiaconi regionarii VI solidos.

59. Dominica de Modico ponuntur epistole canonice usque in terciam dominicam *Pater cum essem cum eis.* In hac dominica ponitur Actus Apostolorum usque in vigilia Ascensionis et cantatur de prelibata hystoria *Si oblitus* et leguntur de hoc libro III lecciones in Ascensione Domini, tres in dominica Pasche de Rosis et due in Pentecosten.

60. In Ascensione Domini stacio ad sanctum Petrum, ubi domnus pontifex cum episcopis, cardinalibus, diaconis et ceteris scolis debet cantare vesperum et sicut in nocturnis stacionibus media nocte surgere, incensando altaria prius ad corpus vigilias celebrare, deinde in choro ante altare majus easdem vigilias incipere. Tres lecciones de Actibus apostolorum, V de sermonibus festivitatis, nona de omelia, eo ordine quo superius diximus. Ad missam fiunt laudes ab archidiacono et diaconis et subdiaconis et notariis. Dum laudes efficiuntur pontifex stat. Quibus finitis canitur aliud officium misse, eaque finita coronatur et sic gloriosus revertitur ad palatium.

